

<https://TheVirtualLibrary.org>

# **HOMERI CARMINA**

**ET CYCLI EPICI RELIQUIÆ.**

**PARS TERTIA:**

**RANARUM ET MURIUM PUGNA.  
HYMNI VEL EXORDIA.  
EPIGRAMMATA.**

**PARISIIS,**  
**EDITORE AMBROS. FIRMIN DIDOT,**

**INSTITUTI REGII FRANCIÆ TYPOGRAPHO.**  
**SUMPTIBUS ET TYPIS.**

**M DCCC XXXVIII.**

---

## Transcriber's Note:

For the creation of this e-book the following texts have been used:

- "Homeri Carmina et Cycli Epici Reliquiae—Graece et Latine cum Indice Nominum et Rerum" (Parisiis, Editore Ambros. Firmin Didot, 1838) for the extract from the *Præfatio* and the Latin text of the *Hymni* etc.
- "Le Journal des savants" (Juin 1838, Académie des inscriptions et belles-lettres (France), ed. Jean Cusson, Paris, p. 377-378) for some insight into the Latin version.

All changes applied by the Transcriber to the Latin text are explained in the footnotes.

The Latin translation presented in this work was transcribed from a Greek/Latin edition. It deliberately tries to stay as close as possible to the Greek original, not only to make the Greek text more accessible, but also for other reasons which are best explained by a review in the French magazine "Le Journal des Savants":

"Les poèmes homériques remontant à une si haute antiquité, et ils ont été si différemment interprétés par les anciens Grecs eux-mêmes, que pour donner une idée de ce monument qui nous retrace une nature et des mœurs si opposées à celles de notre civilisation, il était indispensable de s'astreindre, dans la traduction latine, à la fidélité la plus rigoureuse, et à conserver les plus faibles nuances de construction, de peur de dire autre chose, ou du moins de parler autrement que ne le fait Homère, et de défigurer ainsi la marche libre et naïve de son langage. On a donc eu raison de conserver l'ancienne manière de traduire Homère mot pour mot, et même d'étendre l'application de ce système jusqu'aux limites imposées par la langue latine. Avant les travaux de Wolf, de Heyne, de Passow, et surtout de Buttmann, le sens de bien des mots, de bien des phrases, n'avait point été constaté; c'est ce que la nouvelle traduction a dû faire en changeant alors en totalité l'ancienne version, et en offrant ainsi le résumé des travaux les plus récents. Bien des fautes de traduction qui s'étaient transmises en quelque sorte *traditionnellement*, un grand nombre d'incorrections, de négligences, restaient dans l'ancienne version latine, œuvre primitive de Raphael Volaterranus et d'André Divus; elles ont disparu dans la nouvelle et sont remplacées par une explication claire et précise. Toutes les fois que pour faciliter l'intelligence de certains passages difficiles on a dû insérer dans la

traduction des mots nécessaires qui ne se trouvaient pas dans l'original, on a pris soin de mettre ces mots en caractères italiques. Partout la diction homérique est conservée scrupuleusement, ainsi que la marche des périodes. C'est ce qui manquait principalement aux anciennes traductions; et cependant c'est de la liaison plus ou moins étroite des membres de chaque phrase que résulte l'appréciation de l'ancienneté relative des différentes parties des poésies homériques."

---

## PRÆFATIO.

Inceptum nostrum, quo primi in Gallia Græcos scriptores in unius corporis æquabilitatem redigere aggressi sumus, commendatione et notis præfationum artibus egere non videtur; sed paucis dicendum est, unde ea quam elegimus edendi ratio pendeat. Dudum ægre tuleramus quod tot scriptorum editiones veteribus inquinatæ vitiis vulgo circumferrentur atque adeo sæpius repeterentur, dum exstarent eorundem scriptorum emendatæ et a summis criticis antiquo nitore restitutæ: annon oportuit illorum ingeniorum, quæ optimi quique nostratium laudibus et imitatione celebrarunt, opera popularibus nostris exhiberi pura, emendata, quantum fieri potest libera a depravatione barbariæ quam transierant? Hoc igitur primum et præcipue curamus, ut non solum ex optimis quæ exstant editionibus scriptorum quisque exprimatur, sed harum etiam multas criticis celeberrimis tradidimus denuo examinandas et emendandas; præterea, ubicumque res videtur postulare, Regiæ Bibliothecæ manuscriptos imus consultum. Altera cura est, ut ad intelligentiam quoque scriptorum in Collectione nostra præstemus quod prosit unicuique: quum enim adnotatio vel præstantissima ex arbitrio denique pendeat commentatoris, cui plana nonnunquam videbuntur quæ aliis obscura, *interpretationes latinas* e regione græcorum ponere decrevimus, utpote quæ prorsus omnia reddant, non locos selectos illustrent. Has vero, antequam tradantur typhosis, doctissimi viri severo examini subjectas accurate corrigunt; nonnullorum scriptorum plane novæ parantur. Denique multum augeri putavimus editionum nostrarum utilitatem, si boni *rerum nominumque indices* adderentur; nam vel ii qui scriptorem aliquem sæpe legerunt, nonnunquam haud satis meminere quo in libro ejus quove versu vel capite narretur res qua opus habent. Ceterum e cura unicuique scriptori impensa referetur in præfationibus.

Homeri, ut nunc res sunt, *Wolfiana* dari debebat recensio, quam ex Gulielmi Dindorfii editione accurate expressimus. Interpretationes latinæ, bono ut nobis videtur consilio, in hoc antiquissimo poeta verbum verbo reddunt, nisi quod sæpe comtas posteriorum more periodos ingerunt, oppositionibus distinentes, causalibus particulis vincientes, quæ apud illum ingenue et libere procedunt. Præterea ipsis inhærent veteris textus græci vitia, et alia quædam ex vertentium incuria nata, plurima denique in iis vocabulis commissa, quæ recentiorum demum criticorum et interpretum sollertia explicuit. In

postremis ita versati sumus, ut, quæ dubitatione carere et firmis niti testimoniis viderentur, ea haud cunctanter repræsentaremus; at ubi dubitationis aliquid superesset, sequeremur potius antiquorum interpretationem eam quæ sententiæ aptissima esset. Hoc autem præsertim enisi sumus ut quam proxime posset latina lingua Græcorum vestigia legeremus, quo patris poetarum membra et motus omnes, quantum per latinam vestem licebat, conspiciendi præberentur; sed in tali incepto non potuit impediri, quin nonnulla quæ rarissime sibi indulserunt Latini, hæc translatio offerat frequentissime; nonnulla etiam quæ argenteam ætatem egrediuntur, recipi necesse erat: a barbaris tamen verbis et locutionibus sedulo cavimus. Ita, veteribus licet superstructa, hæc interpretatio pro nova esse possit.

[...]

Reliquum est, ut Tu, benevole Lector, operam huic volumini impensam æquo animo boni consulas. Vale nobisque fave.

Parisiis, idibus Octobribus MDCCCXXXVII.

---

## Table of Contents.

- Ranarum et Murium Pugna.
- Hymni vel Exordia.
  - I. In Apollinem.
  - II. In Mercurium.
  - III. In Venerem.
  - IV. In Cererem.
  - V. In Venerem.
  - VI. In Bacchum.
  - VII. In Martem.
  - VIII. In Dianam.
  - IX. In Venerem.
  - X. In Minervam.
  - XI. In Junonem.
  - XII. In Cererem.
  - XIII. In Matrem Deorum.
  - XIV. In Herculem Leonis-Animo.
  - XV. In Æsculapium.
  - XVI. In Dioscuros.
  - XVII. In Mercurium.
  - XVIII. In Pana.
  - XIX. In Vulcanum.
  - XX. In Apollinem.
  - XXI. In Neptunum.



- XXII. In Jovem.
  - XXIII. In Vestam.
  - XXIV. In Musas et Apollinem.
  - XXV. In Bacchum.
  - XXVI. In Eundem.
  - XXVII. In Dianam.
  - XXVIII. In Minervam.
  - XXIX. In Vestam et Mercurium.
  - XXX. In Terram Matrem Omnium.
  - XXXI. In Solem.
  - XXXII. In Lunam.
  - XXXIII. In Dioscuros.
  - Epigrammata.
- 

# RANARUM ET MURIUM PUGNA.

Incipiens primum Musarum cœtum ex Helicone  
venire in meum cor oro, gratia cantus,  
quem nuper in tabellis mea super genua posui:  
certamen immensum, bellico-tumultu-plenum opus Martis,  
  
optans hominibus in aures omnibus immittere,  
quomodo mures in ranas, strenue-pugnantes, irruerunt,  
Terrigenarum virorum imitantes opera Gigantum:  
uti sermo inter mortales erat; tale autem habuit principium.

Mus aliquando sitibundus, mustelæ periculum elapsus,  
  
prope in lacum tenerum admovit mentum,  
aqua se-delectans dulci: eum autem conspexit  
lacu-gaudens multisona *rana*, verbumque locuta-est tale:

Hospes, quis es? unde venisti ad litus? quis vero tuus genitor?  
omnia autem vere dic, ne mentientem te advertam.

Si enim te cogovero amicum dignum, in domum ducam,  
donaque tibi dabo hospitalia multa et bona.

Sum autem ego rex Physignathus (buccas inflans), qui per lacum  
color, ranarum dux diebus omnibus:

et me pater Peleus (lutosus) olim genuit, Hydromedusæ (aquarum  
reginæ)

mixtus in amore apud ripas Eridani.

Sed et te video pulcrumque et fortem præ aliis,  
sceptraferum regem, et in bellis pugnatorem  
esse: verum age, ocyus tuum genus narra.

Huic autem rursus Psicharpax (micarum fur) respondebat dixitque:

cur genus meum inquiris, amice? manifestum est omnibus  
hominibusque, diisque, et aereis volucris.

Psicharpax quidem ego vocor: sum autem filius

Troxartæ (panum rosoris) patris magnanimi: verum mater  
est Lichomye (lingens molas), filia Pternotroctæ (pernarum rosoris)  
regis.

Genuit autem in tugurio me, et enutrivit cibariis,  
ficibus et nucibus et eduliis omnigenis.

Quomodo vero amicum facias me, ad naturam nulla-re similem?

Tibi quidem enim vita est in aquis; sed mihi,  
quæcunque apud homines, rodere mos est; nec me latet

panis ter-pistus in rotundo canistro,  
nec placenta extensa, habens multum sesamum *inspersum*,  
non segmen e perna, non jecora induta-alba-tunica (*peritonæo*),  
non caseus recens-coagulatus e suavi lacte,  
non bonum dulciolum, quod et beati (*divites*) desiderant,

nec quæcunque ad cœnam hominum parant coqui,

ornantes ollas condimentis omnigenis.

Neque unquam ex-bello malum aufugi clamorem,  
sed recta pugnam ingrediens, primis-pugnatoribus me-immiscebam.  
Non metuo hominem, quamquam magnum corpus gerentem;

sed ad lectum vadens, mordeo *ei* digitum summum;  
et calce prehendi, et quando dolor virum occupavit,  
suavis subito aufugit somnus, mordente me.

Verum duo præ-omnibus timeo totam per terram,  
accipitrem et mustelam, qui mihi magnum dolorem afferunt,

et decipulam luctuosam, ubi dolosum esse-solet fatum:  
plurimum sane mustelam pertimesco, quæ potentissima *est*;  
quæ et foramen-ingredientem, in foramine perquirat.  
Non comedo raphanos, non caules, non cucurbitas;  
neque brassica viridi pascor, neque apiis:

hæc enim vestra sunt edulia, qui in lacu *vivitis*.

Ad hæc subridens Physignathus contra locutus-est:  
hospes, valde gloriaris de ventre: adsunt et nobis  
multa valde in lacu et in terra mirabilia visu.  
Anceps enim dedit pascuum ranis Saturnius,

saltare per terram, et in aquis corpus cooperire.

[elementis duplicibus divisas ædes habitare.]

Si autem vis et hæc scire, facile est:

ascende mihi in terga, (tene vero me, ne-quando pereas,)  
quo lætus meam in-domum pervenias.

Sic igitur dixit, et terga præbebat: ille autem inscendebat citissime,

manus tenens tenerum ad collum, saltu levi.

Et primum quidem gaudebat, quando spectabat vicinos portus,  
natatu se-delectans Physignathi; sed quando demum  
undis purpureis alluebatur, multum lacrimans,

inutili pœnitentia querebatur; vellebatque comas,  
et pedes astringebat ad ventrem; intus vero ei cor  
palpitabat *rei* insolentia, et in terram volebat venire;  
graviter autem ingemiscebat, timoris frigidi vi.

Caudam primum extendit in aquis, tanquam remum

trahens, supplicansque diis in terram ut-veniret,  
aquis purpureis alluebatur: multum autem clamabat,  
et talem dixit sermonem, et ab ore profabatur:

Non sic in-tergis portavit onus amoris  
taurus, quando Europam per undam vexit in Cretam,

ut me natans in-tergis vexit ad domum  
rana, elevans palidum corpus in-aqua alba.

Hydrus autem subito apparebat, horrendum spectaculum  
ambobus; erectum vero super aquam habebat collum.  
Hunc conspicatus demersit Physignathus, nequaquam cogitans,

qualem socium erat pereuntem derelicturus:

subiit autem profundum lacus, et evitavit fatum nigrum.

Ille vero, ut derelictus-erat, cecidit supinus statim in aquam,  
manus autem stringebat, et periens stridebat.

Sæpe quidem submergebatur in aqua, sæpe autem rursus

calcitrans emergebat; fatum vero non licebat effugere;

madentes autem pili, plurimum pondus, trahebant in ipso:  
tandem vero periens, tales locutus-est sermones:

Non latebis dolose, Physignathe, hæc qui-fecisti,  
naufragum *me* dejiciens a corpore, ut a petra.

Non me in terra potior fuisses, pessime,  
pancratioque, luctaque, et ad cursum: sed ubi-seduxeras,  
in aquam me projecisti. Habet deus vindicem oculum;  
pœnam inde lues tu murium exercitui, neque effugies.

Hoc locutus, exspiravit in aquis: eum autem conspexit

Lichopinax (lingens lances), ripis insidens mollibus;  
graviter autem exululavit, currensque annuntiavit muribus.

Ut vero didicere fatum, subiit ira gravis cunctos.  
Et tunc præcones suos jusserunt, sub diluculum  
convocare *mures* ad-concionem in ædes Troxartæ,

patris infelicis Psicharpagis, qui in lacu  
supinus extensus-erat mortuo corpore, nec juxta ripas  
erat adhuc miser, medio vero innatabat ponto.

Ut autem venere festinantes simul-cum aurora, primus surrexit  
Troxartes, super filio iratus, dixitque sermonem:

O amici, etiamsi solus ego mala multa passus-sum  
ex ranis, hæc sors mala omnibus facta-est.

Sum autem nunc infelix, quippe tres filios perdidit.

Et primum quidem occidit corripuens  
invisissima mustela, extra foramen deprehensum.

Alterum autem rursus viri crudeles ad mortem duxerunt

recentioribus artibus, ligneo dolo excogitato,  
quam decipulam vocant, murium perditricem.  
Qui tertius erat, dilectus mihi et matri castæ,  
hunc suffocavit Physignathus, in profundum ubi-duxerat.

Sed agite, armemur, et exeamus in ipsas,  
corpora ubi-ornaverimus in armis artificiosis.

Hoc locutus, persuasit, ut-armentur, universis.  
[Et hos quidem armavit Mars, belli curam-gerens.]  
Ocreas quidem primum circa tibias posuerunt,

confractis fabis viridibus, beneque præparatis,  
quas ipsi per noctem ingressi arrosent.

Loricæ autem habebant calamo-tectis a coriis,  
quos, mustela excoriata, scite fecerunt.

Clypeus autem erat lucernæ medius-umbilicus; ac lancea

*erat* prælonga acus, totum-æreum opus Martis:  
et cassis in temporibus testa nucis.

Sic quidem mures stabant in armis. Ut autem viderunt  
ranæ, emerserunt ex aqua; et in unum locum  
profectæ, consilium coegerunt de-bello malo.

Considerantibus autem ipsis, unde hæc seditio, vel quis hic tumultus,  
præco prope venit, gerens sceptrum in manibus,  
Tyroglyphi (casei rosoris) filius magnanimi, Embasichytrus (ingressor  
ollorum),

nuntians belli malam famam, dixitque sermonem:

O ranæ, mures vobis minati *me* misere,  
edicturum *vobis* armari ad bellumque pugnamque.

Viderunt enim in aqua Psicharpaga, quem occidit  
vester rex Physignathus. Verum pugnate,  
quæcunque inter ranas fortissimæ estis.

Sic locutus renuntiavit: sermo autem in aures omnium  
ingressus turbavit mentes ranarum superbarum.

Accusantibus vero ipsis, Physignathus dixit, assurgens:

O amici, non occidi ego murem, nec vidi  
pereuntem: omnino autem suffocatus-est ludens apud lacum,  
natatus ranarum imitans: hi autem pessimi

nunc me accusant, insontem: sed age, consilium  
exquiramus, quomodo dolosos mures disperdamus.

Etenim ego dicam, ut mihi videtur esse optimum.

Corporibus instructis in armis stemus cuncti

summas ad ripas, ubi præceps est locus:

quando autem impetu-facto in nos exiverint,  
prehensis galeis, quicumque prope obvius venerit,  
in lacum ipsos cum illis statim dejiciamus.

Sic enim ubi-suffocarimus eos in aquis, natandi-nescios,  
statuemus alacriter de-muribus-occisis hic tropæum.

Sic igitur locutus, armis indui-fecit universos.

Foliis quidem malvarum tibias suas circumtexerunt;

loricas autem habebant viridibus latis a betis;

folia autem brassicarum in clypeos bene aptaverunt;

*tanquam* lancea vero, acutus-juncus unicuique longus aptabatur:

et galeæ e-cochleis tenuibus circumtegebant capita.

Armīs-munitæ autem steterunt in ripis altis,  
quassantes lanceas; ira vero implebantur unaquæque.

Jupiter autem deos ubi-vocarat in cœlum stellatum,  
et belli molem ostenderat, fortesque pugnatores,

multos et magnos, et hastas longas ferentes,  
qualis Centaurorum exercitus procedit et Gigantum;  
suaviter ridens interrogabat, quinam ranis auxiliares *sint*,  
vel *qui* muribus afflictis: et Minervam allocutus-est:

O filia, muribus nunquid auxiliatura ibis?

etenim tuum per templum semper saltitant omnes,  
nidore delectati, et cibariis ex sacrificiis.

Sic igitur dixit Saturnius: eum autem allocuta-est Minerva:  
o pater, haud unquam ego muribus afflictis  
venerim auxiliatrix, quoniam mala multa mihi fecerunt,

coronas lædentes, et lucernas, olei gratia.

Hoc autem meam nimis momordit mentem, quale mihi patrarunt:  
peplum meum corrodere, quem texui laborans  
e trama subtili, et stamen subtile nevi,  
foraminaque in-eo-fecerunt; at sartor mihi instat,

et valde me urget: hanc ob-causam irata-sum.

[exigitque a-me usuram; hoc autem horridum immortalibus.][<sup>TR1</sup>]

Mutuata enim texui, et non habeo unde-restituam.

Sed ne sic quidem ranis auxiliari velim.

Sunt enim neque ipsæ mentibus integræ; sed me nuper

ex bello reversam, postquam valde defatigata-eram,



somno indigentem, non siverunt, tumultuantes,  
ne parum quidem oculos-claudere; ego vero insomnis jacebam  
capite dolens, donec vociferatus-est gallus.

Sed age, desistamus, dii, ab-iis juvandis,

ne-quis nostrûm vulneretur telo acuto,  
ne-cujus etiam corpus hasta percutiatur vel gladio;  
sunt enim cominus-pugnantes, etiam si deus obvius venerit;  
omnes autem de-cœlo delectemur pugnam spectantes.

Sic igitur dixit: ei autem paruerunt dii alii

omnes, simul vero intrarunt conferti in eum locum.

[Devenerunt autem præcones-duo, signum belli ferentes.]

Et tunc culices, magnas tubas habentes,  
terribiliter canebant belli strepitum; cœlitus autem  
Jupiter Saturnius intonuit, signum belli mali.

Primus Hypsiboas (alte-clamans) Lichenora (linctorem) feriit hasta,  
stantem inter primos-pugnatores, in ventrem in medium jecur:  
conciditque *is* pronus, tenerosque pulvere fœdavit crines.

[insonuit cadens et strepuere arma super ipso.

Troglodytes (cavernas subiens) post hunc feriit Peliona

infixitque pectori validam hastam: et lapsum  
cepit atra mors; animaque e corpore evolavit.

Seutlæus (betæ esor) inde occidit, icto corde, Embasichytrum:

[at Ocimiden (ocimi esorem) dolor cepit, et icit *illum* acuto junco;]

Artophagusque (panis esor) Polyphonum (clamosum) in ventre feriit:

*qui* cecidit pronus, animaque membris evolavit.

Limnocharis (lacus amator) vero ut vidit pereuntem Polyphorum,  
Troglodyten petra molaris-instar feriit prævertens  
cervicem ad medium; et huic nox oculos operuit.

Lichenor autem in-ipsum collimavit hasta splendida,

et feriit *eum*, neque aberravit, ad jecur. Ut vero vidit  
Crambophagus (brassicæ esor), ripis altis incidit fugiens:  
sed ne sic quidem cessabat a-pugna, sed feriit ipsum:  
*qui* concidit, nec resurrexit: tingebaturque sanguine lacus  
purpureo, ipse autem juxta litus extensus-est,

in-chordis pinguibusque provolutus intestinis.

Tyrophagum his-ipsis in ripis interfecit.

Pternoglyphum vero videns Calaminthus (menthæ amator) in timorem  
venit;

saliitque in lacum fugiens, clypeo abjecto.

Philtræum autem interfecit fortis Borborocætes (in cœno cubans.)

[Hydrocharis porro occidit Pternophagum regem,]

saxo percussum ad sinciput; cerebrum vero  
e naribus stillabat; fœdabatur autem sanguine terra.

Lichopinax inde occidit eximium Borborocæten,  
hasta adortus; ei vero caligo oculos cooperuit.

Prassophagus (porri esor) autem intuitus, pede traxit Cnissodioclen  
(nidoris sectatorem)

in lacuque suffocavit, prehensio manu tendine.

Psicharpax vero pugnabat sociis de mortuis,  
et feriit Prassophagum, nondum in-terram quum-ascendisset;  
ceciditque *is* ante ipsum, animaque ad-Orcum ivit.

Pelobates (in cœno gradiens) autem conspicatus, luti pugillum jecit in ipsum,

et frontem illevit, et excæcabat propemodum.

Iratus-est autem inde ille: arripiensque manu forti jacentem in campo lapidem gravem, pondus terræ, eo feriit Pelobaten sub genua: tota autem fracta-est

tibi dextra; cecidit vero *is* supinus in pulveres.

Craugasides (clamator) autem defendebat et rursus ibat in ipsum: feriitque eum medium in ventrem; totus autem ei intro acutus-juncus subiit, humique effundebantur omnia intestina attractâ sub hasta manu crassa.

Sitophagus (frugum esor) autem, ut vidit in ripis fluvii, claudicans e bello recedebat; affligebatur vero graviter: saliitque in fossam, ut effugeret grave exitium.

Troxartes autem feriit Physignathum ad pedem extremum.

[cito vero *is* afflictus in lacum saliit fugiens.]

Prassæusque (porri esor), ut vidit adhuc semianimem prolapsam, ivit per primos-pugnatores, et jaculatus-est acuto junco: nec fregit scutum, sistebatur autem ibidem hastæ cuspis.

Ejus vero feriit galeam eximiam<sup>[TR2]</sup> ex-olla-quadrata divinus Origanion (origani amator), imitans ipsum Martem,

qui solus inter ranas fortiter-pugnabat in turba;

irruerunt autem in eum; *is* vero, ut vidit, non sustinuit heroas validos, sed subiit profunda paludis.

Erat autem quidam inter mures juvenis puer, præstans aliis, cominus-pugnans, carus filius eximii Artepibuli (pani insidiantis,)

princeps, ipsum Martem repræsentans, strenuus Meridarpax (frustorum fur).

[qui solus inter mures præstabat pugnando.]

Stetit autem ad lacum glorians, seorsum ab aliis:

jactabatque perditurum se ranarum genus bellicosarum.

Et jam perfecisset, quippe magnum ei robur erat,

nisi cito vidisset pater hominumque deûmque.

Et tunc pereuntes ranas miseratus-est Saturnius;

motoque capite, talem emisit vocem:

Dii boni! profecto magnum opus in oculis video!  
non parum me perculit Meridarpax, ad lacum

trucidare ranas truculenter-minans: sed citissime

Palladem mittamus tumultuosam, vel etiam Martem:

qui ipsum arcebunt a-pugna, validus licet sit.

Sic igitur dixit Saturnius: Mars autem respondebat sermone:  
nec sane Palladis, Saturnie, vis, neque Martis,

valebit a-ranis avertere grave exitium.

Sed age, omnes eamus auxiliares: vel tuum telum,

[moveatur magnum, Titans-occidens, validissimum,]

quo Titanas occidisti, fortissimos præ omnibus,

quo quondam etiam Capaneum occidisti, immanem virum,

Enceladumque ligasti, et feras gentes Gigantum,

moveatur: ita enim superabitur fortissimus quisque.

Sic igitur dixit: Saturnius autem dejecit ardens fulmen.

Primum quidem intonuit, magnumque concussit Olympum;

ac deinde fulmen, terribile Jovis telum,

misit contortum; illud autem evolavit e-manu regis.  
Omnes quidem terruit jaculatus ranasque muresque,  
sed neque sic cessabat murium exercitus, sed adhuc magis  
cupiebat depopulatum-ire ranarum genus bellicosarum,  
nisi ab Olympo ranas miseratus-fuisset Saturnius,

qui tunc ranis auxiliares statim misit.

Venerunt subito tergis-incudum-instar, curvis-ungulis,  
oblique-gradientes, tortuosi, forcipibus-circa-ora, pellibus-testaceis,  
ossea-natura, lati-dorso, renitentes in humeris,  
vari, longimani, a pectoribus intuentes,

octipedes, bicipites, intractabiles: hi autem vocantur  
cancri: qui utique murium caudas oribus abscidebant,  
ac pedes et manus; refringebantur vero *in iis* lanceæ.  
Quos etiam formidarunt miseri mures, nec sustinere;  
in fugamque conversi-sunt. Occidebat vero jam sol,

et belli ludus unius-diei peractus-est.

[TR1] "immortalibus." → "immortalibus.]"

[TR2] "e imiam" → "eximiam"

---

**HOMERI ET HOMERIDARUM  
HYMNI VEL EXORDIA.**

## I. IN APOLLINEM.

Memor-ero neque obliviscar Apollinis sagittantis,  
quem dii per domum Jovis metuunt euntem:  
atque *ei* assurgunt, prope advenienti,  
omnes a sedibus, quando splendidos arcus tendit.

Latona autem sola manebat apud Jovem fulmine-gaudentem,  
quæ quidem arcumque relaxavit, et occlusit pharetram,  
et ei a fortibus humeris manibus sumtum  
arcum suspendit ad columnam patris sui,  
paxillo de aureo: ipsum vero in solium considerare-fecit ducens.

Ei autem inde nectar dedit pater, poculo aureo  
invitans carum filium: postea vero dii alii  
ibi considunt: gaudet autem veneranda Latona,  
quod arcitenentem et fortem filium peperit.

Salve, o beata Latona, quoniam peperisti præclaros liberos,

Apollinemque regem, et Dianam sagittis-gaudentem;  
[hanc quidem in Ortygia, illum vero aspera in Delo,]  
acclinata ad latum montem, et Cynthium collem,  
proxime palmam, sub Inopi fluentis.

Quomodo autem te celebrabo, prorsus celebratissimum?

ubique enim tibi, Phœbe, modi contigerunt cantus,  
et per continentem vitulorum-nutricem, et per insulas.

Omnes autem speculæ tibi placere-solent, ac vertices summi  
altorum montium, amnesque in-mare profluentes,

litoraue in mare vergentia, portusque maris.

An ut te primum Latona peperit, gaudium mortalibus,  
acclinata ad Cyanthium montem, aspera in insula;  
Delo in circumflua? utrinque autem unda nigra  
exibat in-terram stridule-spirantibus ventis.

Hinc oriundus, omnibus mortalibus impertias,

quotquot Creta intus habet, et populus Athenarum  
insulaue Ægina, navibusque-inclyta Eubœa,  
Ægæque, Iresiaque, et maritima Peparethus,  
Thraciusque Athos, et Pelei summi vertices,  
Thraciaque Samus, Idæque montes umbrosi,

Scyrus, et Phocæa, et Autocanæ mons altus,  
Imbrusque bene-culta, et Lemnus importuosa,  
Lesbusque divina, Macaris sedes Æolionis,  
et Chius, quæ insularum fertilissima in mari jacet,  
saxosusque Mimas, et Coryci summi vertices,

et Claros splendida, et Æsageæ mons altus,  
et Samus aquosa, Mycalæque alti vertices,  
Miletusque, Cosque, urbs Meropum hominum,  
et Cnidus alta, et Carpathus ventosa,  
Naxusque, ac Paros, Rhenæaque saxosa:

tantum *terrarum* parturiens Jaculatorem obivit Latona,  
si qua sibi terrarum filio velit habitacula ponere.

Hæ vero valde tremebant et timebant, neque ulla sustinuit  
Phœbum suscipere, etiamsi fertilior esset:



prius quam tandem Delum ascendisset veneranda Latona;

et ipsam interrogans, verbis alatis allocuta-est:

Dele, an velis sedes esse filii mei,  
Phœbi Apollinis, ponereque in *te* opulentum templum;  
alius vero nemo te unquam tanget, nec te honorabit,  
nec fertilem-boum te fore puto, nec fertilem-ovium;

nec vindemiam feres, neque plantas plurimas produces.

Si vero Apollinis sagittantis templum habebis,  
homines tibi omnes adducent hecatombas,  
hic congregati; nidor vero tibi immensus semper *erit*,  
diu, rex, si alas: dii te habeant

manu ab aliena; quoniam non tibi fertile subest solum.

Sic dixit: gaudebat autem Delus, respondensque allocuta-est:  
Latona, gloriosissima filia magni Cœi,  
lubens quidem ego partum sagittantis regis  
susciperem; graviter enim vere sum malæ-famæ

apud-homines: sic autem admodum-honorata fiam.

Sed hunc tremo, Latona, sermonem, nec te celabo;  
valde enim quendam dicunt protervum Apollinem  
fore, magnopereque dominaturum immortalibus,  
et mortalibus hominibus per almam terram.

Eo graviter timeo in mente et in animo,  
ne, quodcumque primum viderit lumen solis,  
insulam aspernans, quoniam aspero-solo sum,  
pedibus subvertens, trudat maris in pelagus.

Ibi me quidem magna unda in caput abunde semper

inundabit; ille vero aliam terram adibit, quæ placuerit ipsi,  
ad-struendum templumque, et lucos arboribus-abundantes;  
polypi autem in me thalamos, phocæque nigræ  
domicilia facient inculta, inopia civium.

Sed si mihi sustineres, dea, magnum jusjurandum jurare,

hic eum primum constructurum perpulcrum templum,  
ut-sit hominum oraculum; at postea  
omnes apud homines, quandoquidem multi-nominis-est.

Sic igitur dixit: Latona vero deorum magnum jusjurandum juravit:  
sciat nunc hæc Terra, et Cælum latum superne,

et subterlabens Stygis aqua, quod maximum  
jusjurandum gravissimumque est beatis diis:  
certe utique Phœbi hic odorata erit semper  
ara et lucus; honorabit vero te-sane præ omnibus.

Ac postquam juraratque peregeratque jusjurandum,

Delus quidem valde gaudebat partu jaculatoris regis;  
Latona autem novemque-dies et novem noctes insperatis  
partus-doloribus confixa-erat. Deæ vero erant intus omnes,  
quæcunque summæ erant, Dioneque, Rheaque,  
Ichnæaque Themis et sonora Amphitrite,

aliæque immortales, seorsum a-candida-ulnis Junone.

[Sedebat enim ea in ædibus Jovis nubes-cogentis.]

Sola autem non audierat partus-dolorum-præses Ilithyia;  
sedebat enim summo in-Olympo sub aureis nubibus,

Junonis consilio candidæ-ulnis; quæ ipsam detinebat

invidia, quando jam filium eximiumque fortemque  
Latona paritura pulcra-comis tunc erat.

Illæ autem Irin emisere bene-habitata ab insula,  
ut-adduceret Ilithyiam, pollicitæ magnum monile,  
aureis filis consertum, novem-cubitorum;

seorsum autem jusserunt vocare a-candida-ulnis Junone,  
ne ea ipsam subinde verbis averteret venientem.

At ubi hoc audierat pedibus-ventosa velox Iris,  
profecta-est currens, celeriterque permensa-est totum intervallum.  
Ac postquam pervenit ad-deorum sedem, altum Olympum,

statim inde Ilithyiam, e domo foras  
evocatam, verbis alatis allocuta-est,  
prorsus sicut jubebant Olympias domos habentes-deæ.  
Ei vero inde animum flectebat in pectoribus caris;  
iverunt autem pedibus, pavidis columbis incessu similes.

Quando Delum ingressa-est partus-dolorum-præses Ilithyia,  
illam tunc demum partus cepit, gestiebatque parere.  
Circa palmam vero jecit brachia, genuaque fulcivit  
in-prato molli; subrisit autem terra subtus:  
prosiliit vero *Apollo* in lucem; deæ autem ulularunt omnes.

Ibi te, jaculator Phœbe, deæ lavabant aqua pulcra,  
caste et pure; fasciaverunt autem in veste candida,  
tenui, nova; circumque aureum cingulum jecerunt.  
Neque inde Apollinem aurea-cithara lactavit mater;

sed Themis nectarque et ambrosiam gratam

immortalibus manibus propinavit: gaudebat vero Latona,  
quod arcitenentem et fortem filium peperit.

Ac postquam, Phœbe, comedisti immortalem cibum,  
non te dein retinebant aurea cingula palpitantem,  
neque amplius vincula cohibebant; solvebantur autem ligamina omnia.

Statim vero inter-immortales-deas dixit Phœbus Apollo:

Sit mihi citharaque cara et incurvi arcus  
oraculoque-edam hominibus Jovis verum consilium.

Sic fatus, incessit in terra spatiosa  
Phœbus intonsus, longe-jaculans; illæ autem omnes

stupebant immortales: auro vero Delus tota  
cumulata-erat, aspiciens Jovis Latonæque progeniem;  
læta, quod ipsam deus elegit sibi ad-habitacula ponenda  
ex-insulis et continente, dilexitque in-animo magis:  
floruit, sicut quando vertex montis floribus silvæ.

At ipse argenteum-arcum-gestans, rex, longe-jaculans Apollo,  
interdum quidem Cynthum ascendisti saxosum,  
interdum vero rursus insulasque et viros vagans-adibas.  
Multa tibi *sunt* templaque et luci arboribus-abundantes;  
omnes autem speculæque caræ, et vertices summi

altorum montium, amnesque in-mare profluentes.

Sed tu Delo, Phœbe, maxime delectaris corde,  
ubi tibi talaribus-vestibus induti Iaones congregantur,  
ipsis cum liberis et venerandis uxoribus:

hi vero te pugilatuque et saltatione et cantu

memores oblectant, quando instituerint certamen.

Diceret immortales et senii-expertes esse semper *is*

qui tunc occurreret, quando Iaones conferti essent:

omnium enim videret gratiam, delectaretque-sibi animum,

virosque inspiciens, pulcreque-cinctas mulieres,

navesque veloces, et ipsorum possessiones multas.

Ad *hæc* autem, hoc magnum miraculum, cujus fama nunquam peribit,

puellæ Deliades, Longe-jaculantis ministræ;

quæ postquam primum quidem Apollinem celebrarint,

rursusque dein Latonamque et Dianam sagittis-gaudentem,

recordati, virorumque antiquorum ac mulierum

hymnum canunt, demulcentque gentes hominum.

Omnium autem hominum voces et strepitum-crotalorum

imitari callent: putaret vero se ipse unusquisque

loqui; adeo illis pulcher aptatus-est cantus.

Verum agite, propitius-sit Apollo cum Diana,

salvete autem vos omnes; mei vero et postea

mementote, quando aliquis terrestrium hominum

hic roget hospes itinerum-audens *huc* profectus:

«o puellæ, quisnam vero vobis vir suavissimus cantorum

hic versatur, et quonam delectamini maxime?»

vos autem bene prorsus omnes respondete decenter:

«cæcus vir: habitat vero Chio in saxosa;

cujus omnes in-futurum ceteris-præstant cantus.»

Nos autem vestram famam feremus *ad omnes*, quantum super terram  
hominum versamur per-urbes bene-habitas:  
illi vero accedent, quandoquidem et verum est.

At ego non desinam longe-jaculantem Apollinem  
celebrare argenteum-arcum-gestantem, quem comis-pulcra peperit  
Latona.

O rex, et Lyciam et Mæoniam amabilem,  
et Miletum habes, maritimam urbem amœnam:  
ipse autem Delo circumfluæ magnopere dominaris.

Vadit vero canens Latonæ gloriosæ filius  
cithara cava ad Pytho saxosam,  
immortales vestes habens, odoratas; ipsius autem cithara

aureo a plectro sonum habet amabilem.

Inde vero ad Olympum a terra, tanquam cogitatum,  
vadit Jovis ad domum, deorum inter cœtum aliorum:  
statim autem immortalibus curæ-est cithara et cantus.  
Musæ quidem simul omnes, alternantes voce pulcra,

celebrant inde deorum dona immortalia, atque hominum  
æurnas, quantas habentes sub immortalibus diis,  
vivunt imprudentes et inopes-consilii, nec possunt  
invenire mortisque medelam et senectutis remedium.

At pulcris-comis Gratia, et lætæ Horæ,

Harmoniaque, Hebeque, Jovisque filia Venus,  
tripudiant, altera-alterius ad carpum manus tenentes;  
inter-has quidem nec turpis ludit, neque humilis,  
sed valde magnaque visu, et specie admirabilis,

Diana sagittis-gaudens, educata-simul-cum Apolline.

Inter has porro Mars et speculator Argicida  
ludunt; at Phœbus Apollo inter-eos-citharam-pulsat,  
pulcre et sublimiter gradiens; splendor vero illum circumlucet,  
micationesque pedum et bene-netæ vestis.

Ac delectantur animo magno, inspicientes,

Latonaque aureis-comis, et providus Jupiter,  
filium carum ludentem inter immortales deos.

Quomodo proinde te celebrabo, omnino celebratissimum?  
an te inter procos canam, et in-amore,  
quando ambiens adiisti Azanidem puellam,

una-cum Ischye deo-pari, Elationide equis-præstante?  
aut una-cum Phorbante, Triopi genere, aut cum Erechtheo,  
aut cum Leucippo, et Leucippi conjuge?  
pedes, ille vero cum-equis: non sane Triopus deficiebat  
an ut primum oraculum hominibus

quærens per terram ivisti, longe-jaculans Apollo?

In Pieriam quidem primum ab Olympo descendisti;  
Lectonque Emathiamque transibas, et Enianas,  
et per Perrhæbos: cito autem in Iacolcum pervenisti,  
Cenæumque ascendisti navibus-inclytæ Eubœæ:

stetisti vero in Lelanto campo: qui tibi non placuit in-animo  
ad-struendum templumque et lucos arboribus-abundantes.  
Inde autem Euripum transgressus, longe-jaculans Apollo,  
ascendisti montem divinum, viridem: cito vero venisti ab ipso,

in Mycalessum profectus, et Teumessum herbosam:

Thebæ autem pervenisti in-solum indutum silva:

nondum enim quisquam habitabat mortalium sacra in Thebe:  
neque omnino erant semitæ, nec viæ

Thebæ per campum tritici-feracem; sed *eum* habebat silva.

Inde vero ulterius ivisti, longe-jaculans Apollo;

in-Onchestumque pervenisti, Neptunium splendidum lucum:

ubi recens-domitus equi-pullus spirat gravatus animo,  
trahens currus pulcros; humi autem auriga, præstans licet,  
e curru ubi-exsiliit, iter facit: hi vero (*aurigæ*) interim quidem  
vacuos currus quatiunt, imperio remisso.

Si autem currus agant in lucum arboribus-abundantem,  
equos quidem curant, illos autem reclinatos sinunt.

Sic enim omnium-primum fas erat: ipsi vero regi *Neptuno*  
supplicant; currum autem dei tunc fatum servat.

Illinc porro ulterius ivisti, longe-jaculans Apollo;

Cephissumque inde attigisti pulcre-fluentem,

qui ex-Lilæa profundit pulcre-labentem aquam.

Hunc transgressus, Sagittans, et Ocaleen tritici-feracem,  
inde in Haliartum pervenisti herbosam.

Ivisti autem ad Telphusam: ibi tibi placuit locus innocuus

ad-struendum templumque et lucos arborosos.

Stetisti vero valde prope eam, et ipsam sermone affatus-es:

Telphusa, hic demum in-animo-habeo perpulcrum templum,  
hominum struere oraculum: qui mihi semper



huc adducent perfectas hecatombas,

tum quotquot Peloponnesum pinguem habent,

tum quotquot Europamque, et circumfluas per insulas *habitant*,

oraculum-petituri: iis autem ego verum consilium

omnibus edicam, oracula-edens in opulento templo.

Sic fatus, disposuit fundamenta Phœbus Apollo,

lata et valde longa per-totum: sed intuita

Telphusa corde irata-est, dixitque sermonem:

Phœbe rex, sagittans, verbum aliquod tibi in mente ponam:

hic quoniam cogitas struere perpulcrum templum,

ut-sit hominibus oraculum; hique tibi semper

huc adducent perfectas hecatombas:

at tibi edicam, tu vero in mente reconde tua:

infestabit te semper strepitus equorum velocium,

aquantesque muli meis sacris ex fontibus.

Hic aliquis hominum malet inspicere

currusque fabrefactos, et velocium strepitum equorum *audire*,

quam templumque magnum et opes multas, quæ-insint.

Sed si quid demum obtemperaveris, (tu autem potentior et præstantior  
es me, rex, tuaque vis est maxima,)

in Crissa fac *templum*, sub jugo Parnassi:

ubi nec currus pulcri agitabuntur, nec tibi equorum

velocium strepitus erit bene-structam circa aram.

Sed etiam sic adducant Iepæani dona

hominum inclytæ gentes; tu vero mente gaudio-perfusus

accipe sacra pulcra circumhabitantium hominum.

Sic locuta, Sagittantis flexit mentem, ut sua ipsius  
Telphusæ fama esset super terram, nec-vero Sagittantis.

Illinc autem ulterius ivisti, longe-jaculans Apollo:  
venistique in Phlegyarum virorum urbem contumeliosorum,  
qui Jovem non curantes super terra habitabant

in pulcra valle, Cephissium prope lacum.

Inde rapide ascendisti ad jugum ruens;  
venistique in Crissam sub Parnasso nivoso,  
latus Zephyro obversum: sed desuper  
petra suspensa-est; cava autem subtenditur vallis,

aspera; ibi rex constituit Phœbus Apollo  
templum facere amabile, dixitque sermonem:

Hic demum cogito struere perpulcrum templum,  
ut-sit hominibus oraculum; qui-quidem mihi semper  
huc adducent perfectas hecatombas,

tum quotquot Peloponnesum pinguem habent,  
tum quotquot Europamque, et circumfluas per insulas *habitant*,  
oraculum-petituri: iis autem ego verum consilium  
omnibus edicam, oracula-edens in opulento templo.

Sic fatus, disposuit fundamenta Phœbus Apollo,  
lata et valde longa per totum; at super ipsis  
lapideum limen posuit Trophonius, atque Agamedes,  
filii Ergini, cari immortalibus diis:  
circùm vero templum condidere innumeræ gentes hominum

politis lapidibus, cantu-celebre ut-esset semper.

Prope autem *erat* fons pulcre-fluens, ubi dracænam  
occidit rex, Jovis filius, a valido arcu,  
bene-nutritam, magnam, monstrum ferum, quæ mala multa  
hominibus faciebat in terra, multa quidem ipsis,  
multaque pecoribus pedes-tendentibus; quippe erat pestis cruenta.

Et aliquando susceptum ab aureum-solium-habente Junone nutriit  
gravemque difficilemque Typhaona, damnum mortalibus,  
quem olim Juno peperit, irata Jovi patri,  
quando jam Saturnius gloriosam genuerat Minervam  
e vertice; ac statim irata-est veneranda Juno

atque etiam congregatos inter immortales dixit:

Audite me, omnesque dii, omnesque deæ,  
ut me ignominia-afficere incipit nubes-cogens Jupiter  
prior, postquam me uxorem fecit-sibi honesta doctam:  
et nunc sine me peperit cæsiis-oculis Minervam,

quæ inter-omnes beatos excellit immortales:  
at ille debilis factus-est inter omnes deos,  
filius meus, Vulcanus, mutilus pedibus, quem peperi ipsa,  
projeci manibus correptum, et injeci lato ponto:  
sed ipsum Nerei filia, Thetis argenteis-pedibus,

suscepit, et cum suis sororibus curavit.

Utinam aliud diis gratificata-esset beatis.

Improbe, versute, quid nunc adhuc machinaberis aliud?

quomodo sustinuisti solus gignere cæsiis-oculis Minervam?

non ego peperissem? et tua vocata tamen *uxor*

eram inter immortales, qui cœlum latum habitant.

Et nunc idcirco ego machinabor, ut nascatur  
filius meus, qui inter-deos excellat immortales,  
nec tuum dedecorans sacrum lectum, nec meum ipsius,  
nec tuo in cubili versabor, sed abs te

procul absens, diis interero immortalibus.

Sic locuta, seorsum a diis ivit irata animo.

Statim deinde precabatur magnis-oculis veneranda Juno,  
manu vero prona percussit terram, et dixit sermonem:

Auscultate jam mihi, Terra, et Cœlum latum superne,

Titanesque dii, vos sub terra habitantes

Tartarum circa magnum, ex quibus *sunt* virique diique;

ipsi nunc me omnes audite, et date *mihi* filium

seorsum a-Jove, nihil quicquam viribus inferiorem illo;

sed is præstantior sit, quantum Saturno late-sonans Jupiter.

Sic igitur locuta, verberavit terram manu robusta:

motaque-est inde terra alma: illa autem intuita

delectabatur suo in animo: putabat enim perfectum-iri.

Ex hoc jam deinde integrum in annum,

neque unquam ad cubile Jovis ivit providi,

neque unquam ad sedile arte-variegatum, sicut antea quidem

ipsi insidens sapientia meditabatur consilia:

sed ea in templis multum-adoratis manens

oblectabatur suis sacris, magnis-oculis veneranda Juno.

Verum quando jam mensesque et dies exacti-erant,  
iterum se-circumvolvante anno, et advenerant horæ,  
ipsa peperit nec diis similem, nec mortalibus,  
gravemque difficilemque Typhaonem, damnum mortalibus.  
Statim hunc prehensum magnis-oculis veneranda Juno  
dedit deinde ferens malo malum; eaque (*Pytho*) suscepit.

*Quæ* sic mala multa faciebat apud inclytas gentes hominum:  
quisquis ei occurreret, auferebat eum fatalis dies,  
priusquam illi telum immisit rex sagittans Apollo  
validum; ea vero doloribus agitata gravibus,  
jacebat valde anhelans, volutans-se per solum.

Ingens vero clamor factus-est, immensus: ea autem per silvam  
crebro admodum huc et illuc volutabatur, linquebatque animum,  
cruentum exspirans; et jactavit-super-*ea* Phœbus Apollo:

Hic nunc putresce super terra virorum-altrice;  
neque tu-sane vivis malum damnum mortalibus

eris, qui terræ almæ fructum edentes  
huc adducent perfectas hecatombas:  
neque omnino tibi mortem gravem nec Typhoeus  
arcebit, nec Chimæra infausti-nominis, sed te-sane hic  
putrefaciet terra nigra et indefessus Hyperion.

Sic dixit jactans; ei vero caligo oculos obtexit.  
Ipsamque ibidem putrefecit sacra vis solis;  
ex quo nunc *Pytho* vocatur: illi autem regem  
*Pythium* vocant ex-re-nominatum, quoniam illic

eo-ipso-in-loco putrefecit monstrum vis acuti solis.

Et tunc sane cognovit sua in mente Phœbus Apollo,  
quod se fons pulcre-fluens deceperat:

ivit autem ad Telphusam iratus, celeriterque advenit:  
stetit vero valde prope eam, et ipsam sermone allocutus-est:

Telphusa, non eras meam mentem decipiens,

locum habens amabilem, profusura pulcre-fluentem aquam.

Hic demum et mea fama erit, nec tua solius.

Dixit, et molem superingessit rex, sagittans Apollo,  
petrarum prominentiis, occultavitque fluenta,  
atque aram fecit-sibi in luco arboribus-abundante,

prope valde fontem pulcre-fluentem; ibi autem regi  
omnes cognomine Telphusio supplicant;  
quoniam Telphusæ sacræ dedecoravit fluenta.

Et tunc in animo meditabatur Phœbus Apollo,  
quosnam homines sacerdotes sibi-ascisceret;

qui *sibi* ministri-forent Pytho in saxosa.

Hæc igitur animo agitans, conspexit in nigro ponto  
navem velocem, atque viri inerant multique et boni,  
Cretes ex Cnosso Minoia; qui quidem regi  
sacraque faciunt, et enuntiant leges

Phœbi Apollinis aureum-arcum-gestantis, quodcunque dixerit  
oracula-edens ex lauro, cavitatibus sub Parnassi.

Hi quidem ob mercaturam et opes navi nigra  
ad Pylum arenosam, et Pylo-ortos homines,

navigabant; at eis obviam-factus-est Phœbus Apollo,

in pontoque insiliit, corpore delphini assimilatus,

navi veloci, et jacebat monstrum magnumque horrendumque.

Eorum vero nemo in animo cogitarat, neque adverterat,

undecunque commovebat, concutiebatque navalia ligna.

Illi autem tacite in navi sedebant timentes;

neque illi rudentes solvebant cavam per navem nigram,

[nec solvebant velum navis prora-cærulea,]

sed quemadmodum *eam* primum instruxerant loris,

sic navigabant: præceps autem Notus pone excitabat

navem velocem. Primum vero præternavigabant Maleam,

præterque Laconicam terram, Helosque, maritimam urbem,

advenere, et locum oblectantis-mortales Solis,

Tænarum, ubi pecudes villosæ pascuntur semper

Solis regis; habentque amœnum locum.

Hi quidem deinde illic volebant navem sistere, et egressi

observare magnum miraculum, et oculis videre,

utrum mansurum-esset navis cavæ in-tabulatis monstrum,

an in undam marinam piscosam rursus ruiturum.

Sed non clavis parebat navis bene-fabricata,

verum præter Peloponnesum pinguem tendens

ibat iter: flatu vero rex, sagittans Apollo,

facile dirigebat; ea autem conficiens viam

ad-Arenen pervenit, et Argypheam amœnam,

et Thryum, Alphei vadum, et bene-ædificatum Æpy,

et Pylum arenosam, Pyloque-ortos homines:

ivit porro præter Crunos, et Chalcidem, et præter Dymen,  
et præter Elidem divinam, ubi dominantur Epei;  
quando ad-Pheras appellebatur, gaudens Jovis vento-secundo,  
atque ipsis sub nubibus Ithacæque mons altus apparebat,  
Dulichiumque, Sameque, et nemorosa Zacynthus.

Sed quando jam Peloponnesum præterierat omnem,  
ac postquam jam Crissæ apparebat sinus immensus,  
qui penitus Peloponnesum pinguem dirimit,  
venit ventus Zephyrus magnus, serenus, e Jovis consilio,  
impetuosus, ingruens ex æthere, ut citissime

navis emetiretur currens maris salsam aquam.

Retrogradi jam deinde ad Auroramque Solemque  
navigabant; duxque-erat rex, Jovis filius, Apollo:  
pervenerunt vero in Crissam late-conspicuum, vitiferam,  
in portum; et arenis appulsa-est pontum-transiens navis.

Illic navi exsiliit rex, sagittans Apollo,  
astro se-assimilans medio die: ab eo vero multæ  
scintillæ evolabant, fulgorque ad cælum pervenit;  
in adytum autem subiit per tripodas valde-pretiosos.  
Intus deinde ille flammam accendebat, ostentans sua tela,  
totam vero Crissam occupabat fulgor: et acclamarunt  
Crissæorum uxores, pulcreque-cinctæ filiaë,  
Phœbi ob impetum: magnus enim timor ceperat quemque.  
Inde vero rursus ad navem, tanquam cogitatum, prosiliit volatu,



viro se-assimilans juvenique fortique,

primum-pubescenti, cæsarie obvolutus latos humeros;  
et ipsos compellatos verbis alatis allocutus-est:

O hospites, quinam estis? unde navigatis humidias vias?  
nunquid ob mercaturam, an temere vagamini,  
tanquam prædones, super mare? qui quidem vagantur,

animas *periculis* objectantes, malum alienigenis ferentes?  
cur ita sedetis attoniti, neque in terram  
egressi-estis, neque arma nigræ navis deposuistis?  
hic etenim mos est hominum sollertium,  
quandocunque ex ponto ad terram navi nigra

venerint, labore defessi; statim autem ipsos  
cibi dulcis circum præcordia desiderium capit.

Sic dixit; et ipsis fiduciam in pectoribus immisit:  
eum et respondens Cretum dux contra allocutus-est:

Hospes, quippe nequaquam mortalibus similis-videris,  
non corpore, neque oris-habitu, sed immortalibus diis,  
salveque et magnopere gaude; dii vero tibi prospera dent.  
Et mihi hoc dic verum, ut bene sciam:  
quis populus, quænam terra *hæc est*? quinam homines insunt?  
alio enim cogitantes navigabamus-per magnum mare,  
ad Pylum ex Creta, unde *nos* genere profitemur esse;  
nunc vero huc cum navi devenimus nequaquam lubentes,  
reditus appetentes, per-aliud iter, alias vias;  
sed aliquis immortalium *nos* huc duxit nolentes.

Hos vero respondens allocutus-est sagittans Apollo:

hospites, qui Cnossum arboribus-abundantem incolebatis  
antea, at nunc non-amplius reduces iterum eritis  
in urbemque amabilem et ædes pulcras quisque,  
et ad caras uxores; sed hic opulentum templum  
habitabitis meum, multis honorati hominibus.

Sum autem ego Jovis filius, Apollinemque *me* glori-  
or esse:  
vos vero duxi huc super magnam voraginem maris,  
nequaquam mala cogitans, sed hic opulentum templum  
habitabitis meum, omnibus valde honoratum hominibus:  
consiliaque immortalium scietis; quorum voluntate

semper honorabimini perpetuo dies omnes.

Sed agite, sicut ego dixero, parete citissime:  
vela quidem primum demittite, solutis loris:  
navem autem deinde velocem in litus trahite,  
atque opes eximite et arma ex-navi æquali,

et aram facite super litus maris:

ignem vero accendentes, superque eo farinas albas adolentes,  
precamini jam postea, astantes circa aram.

Sicut quidem ego primum in obscuro ponto,  
me-assimilans delphini, veloci navi insilii:

sic mihi supplicate Delphinio; at ara  
ipsa Delphia et conspicua erit semper.

Cœnateque porro inde velocem apud navem nigram,  
et libate beatis diis, qui Olympum habitant.

Ac postquam cibi dulcis desiderium exemeritis,

veniteque una mecum, et Iopæana canite,

usquedum ad-locum perveneritis, ubi habebitis opulentum templum.

Sic dixit; hique ei valde auscultarunt et paruere.

Vela quidem primum demiserunt, solveruntque lora;

malumque receptaculo admoverunt, rudentibus demissum;

egrediebantur vero et ipsi in litus maris.

Ex mari autem in-terram velocem navem sursum traxerunt,

alte super arenas, juxtaque sustentacula longa stravere:

et aram fecerunt super litore maris;

ignemque accedentes, superque eo farinas albas adolentes,

supplicabant, ut jusserat, astantes circa aram.

Cœnam deinde sumserunt velocem apud navem nigram,

et libarunt beatis diis, qui Olympum habitant.

At postquam potus et cibi desiderium exemerant,

profecti-sunt ire; præibatque ipsis rex, Jovis filius, Apollo,

citharam in manibus habens, admirabiliter ludens,

pulcre et sublimiter gradiens: at *terram* pedibus-pulsantes sequebantur

Cretes ad Pytho, et Iopæana canebant,

quales *sunt* Cretum pæanes, quibus quidem Musa

in pectoribus posuit dea suavem cantum.

Indefessi autem collem ascenderunt pedibus, citoque advenere

in-Parnassum, et locum amabilem, ubi inde erant

habitaturi, multis honorati hominibus.

Ostendit vero ducens suum solum et opulentum templum.

Eorum autem commovebatur animus in pectoribus caris:

illumque interrogans Cretum dux contra dicebat:

O rex, quandoquidem procul ab-amicis et patria terra  
*nos* duxisti (sic fere tuo placitum erat animo),  
quomodo et nunc vivemus? hoc te consultare jubemus.  
Neque *uvæ-verax* hæc amabilis *terra-est*, nec *pratis-bonis*,

ita-ut inde commode vivamus, et cum hominibus versemur.

Illos vero subridens affatus-est Jovis filius Apollo:  
insipientes homines, miseri, qui curas  
cupitis, gravesque labores, et angustias in-animo:  
facile verbum vobis dicam, et in mente ponam.

Dextra prorsus quisque habens in manu cultrum,  
mactate semper pecora; hæc vero copiosa omnia aderunt,  
quanta mihi adduxerint inclytæ gentes hominum:  
templum vero custodite, excipiteque gentes hominum  
hic se-congregantium: et meum impetum maxime

sive quod vanum verbum fuerit, sive quod opus,  
injuriaque, qui mos est mortalium hominum  
alii deinde vobis rectores viri erunt,  
quibus necessitate subditi-eritis dies omnes.  
Dicta-sunt tibi omnia; tu vero in mente tua serva.

Et tu quidem sic salve, Jovis et Latonæ fili:  
verum ego et tui alius meminero cantionis.

## II. IN MERCURIUM.

Mercurium celebra Musa, Jovis et Majæ filium,  
Cyllenen regentem, et Arcadium pecorosam,  
nuntium immortalium, utilium-auctorem, quem peperit Maja  
Nympha pulcris-comis, Jovis in amore congressa,

veneranda: beatorum vero deorum subduxit-se e-cœtu,  
antrum intus habitans umbrosum: ubi Saturnius  
cum-Nympha pulcris-comis miscebatur nocte intempesta,  
dum dulcis somnus occuparet candidam-ulnis Junonem,  
latens immortalesque deos mortalesque homines.

Sed quando demum magni Jovis mens perfecta-erat,  
huicque jam decimus mensis in cœlo stetit:  
[inque lucem *eam* duxerat, insigniaque opera facta-erant:]  
tunc peperit filium versutum, blande-decipientem,  
prædonem, abactorem boum, ducem somniorum,

noctis speculatorem, forium-observatorem; qui cito erat  
ostensurus inclyta opera inter immortales deos.

Matutinus natus, medio die citharam-pulsabat,  
vespertinus boves furatus-est longe-jaculantis Apollinis,  
quarta *die* priori, qua ipsum peperit veneranda Maja.<sup>[TR1]</sup>

Qui et postquam matris ab immortalibus prosiliit membris,  
non-amplius diu jacebat manens sacra in vanno (*cunis*):

sed ille exsiliens quærebat boves Apollinis,  
limen transgrediens alte-tecti antri,  
ibi testudine inventa, acquisivit infinitas opes.

Mercurius sane primum testudinem arte-effecit canoram;  
quæ tum ei occurrit ad aulæ fores,  
depascens ante ædes floridam herbam,  
lente pedibus incedens. Jovis autem utilium-auctor filius  
conspicatus risit, et statim sermonem dixit:

Signum nunc mihi valde utile *accidit*: haud aspernor.  
Salve, specie amabilis, chori-rectrix, convivii socia,  
grata quæ-apparuisti: unde hoc pulcrum oblectamentum,  
variegata testa, es, testudo in-montibus vivens?  
Sed feram te in domum sumtam: utilitas aliqua mihi eris,  
nec despiciatui-habebo: tu vero me omnium-primum juvabis.  
[Domi melius *est* esse, quoniam noxium foris esse.]  
Certe enim incantationis damnosæ eris impedimentum  
vivens; sin mortua fueris, tunc admodum pulcre canes.

Sic igitur dixit; et manibus simul ambabus ubi-sustulerat,  
rurus introivit domum, ferens amabile oblectamentum.  
Ibi exsculpens scalpro cani ferri  
muedullam-spinalem exterebravit montanæ testudinis.  
Sicut autem quando celere cogitatum per pectus transierit  
viri, quem frequentes versant curæ:

[vel quando volvuntur ab oculis lucis-micationes:]  
sic simul verbumque et opus moliebatur gloriosus Mercurius.

Fixit autem inde in mensuris sectas arundines calami,  
ubi-trajecerat penitus dorsa tecto-lapideo testudinis,  
circùm autem pellem extendit bovis consiliis suis,

et brachia imposuit, insuperque jugum (*transtillum*) aptavit ambobus;  
septem vero consonas ovium intendit chordas.

Ac postquam construxerat secum-portans amabile oblectamentum,  
plectro tentabat singulatim; ea autem sub manu  
graviter insonuit: deusque pulcre succinebat,

ex tempore periculum-faciens (veluti juvenes  
puberes in-conviviis vicissim conviciantur),  
de Jove Saturnio, et Maja pulcros-calceos-habente,  
quomodo olim consueverant amatoria consuetudine,  
suamque ipsius generationem inclytam prædicans,

famulosque celebrabat, et præclaras ædes Nymphæ,  
et tripodas per domum, crebrosque lebetas.

Et hæc quidem jam canebat, alia autem mente agitabat.

Et hanc quidem deposuit ferens sacra in vanno,  
citharam caram: ipse autem deinde carniū appetens,

prosiliit in speculam odorata ex domo,  
moliens dolum altum in mente, qualia quidem homines  
prædones agitant obscuræ noctis in hora.

Sol quidem occidebat sub terra in Oceanum  
ipsisque cum-equis et curribus; at Mercurius

Pieriaë advenit currens ad-montes umbrosos,  
ubi deorum beatorum boves immortales stabulum habebant,

depascentes prata intemerata, amoena.

Horum tunc Majæ filius, speculator Argicida,  
quinquaginta ab-armento avertit boves late-mugientes;

errabundas autem agebat per arenosum locum,  
vestigiiis reflexis: dolosæ vero non obliviscebatur artis,  
e-contrario faciens ungulas priores, posteriores,  
posterioresque, priores, et ex-transverso ipse incedebat.

Sandalia autem statim projecit super arenas marinas,

ineffabilia et incomprehensibilia complicabat mirabilia opera  
commiscens myricas, et myrteis-similes ramos.

Ex-his tunc colligato recens-florentis fasciculo silvæ,  
sine-damno sub pedibus ligavit-sibi sandalia levia,  
ipsis cum-foliis, quæ gloriosus Argicida

avulsit a-Pieria *decedens*, iter-populi declinans,  
utpote properans, longum iter in-compendium-agens.

Eum vero senex animadvertit, struens floridum hortum,  
properantem ad-campum, per Onchestum herbosam.

Hunc prior allocutus-est Majæ inclytæ filius:

O senex, qui plantas fodis incurvus humeris,  
certe vino-abundabis, quando hæc omnia *fructum* ferent.  
Et conspicatus, ne conspicatus sis, et surdus *esto*, etsi-audieris,  
et taceas, quum nihil lædat rem tuam ipsius.

Tantum locutus, una-agitabat boum fortia capita.

Multos autem montes umbrosos, et valles sonoras,  
et campos floridos transiit gloriosus Mercurius.



Obscura autem adjutrix finiebatur divina nox,  
maxima-ex parte; citoque mane fiebat operariis-favens:  
ac modo in-speculam (*caelum*) accesserat divina Luna,

Pallantis filia, Megamedidæ regis:  
tunc ad Alpheum amnem Jovis validus filius  
Phœbi Apollinis boves egit latis-frontibus.  
Indomitæ autem pervenere ad stabulum altum,  
et lacus, *qui erant* ante excellens pratum.

Ibi postquam bene herba paverat boves late-mugientes,  
et has quidem simul-egit in stabulum, confertas,  
lotum carpentes, et roscidum cyperum:  
simulque ferebat ligna mula, ignisque agressus-est artem.  
Lauri splendidum ramum sumtum decorticavit ferro,

aptum palmæ; sursumque-spirabat calidus vapor.  
Mercurius utique primum focum ignemque edidit.  
Multa autem sicca ligna humili in fovea  
densa sumta imposuit copiosa: emicabat vero flamma  
procul spiramen mittens ignis valde ardentis.

Dum autem ignem accendebat vis inclyti Vulcani,  
interea valde-mugientes camuras boves trahebat foras  
duas prope ignem; vis vero ei erat multa.  
Ambas autem in terga humi dejecit anhelantes;  
inclinansque volvebat, medullasque perfodiens.[TR2]

Operi vero opus addebat, incidens carnes pingues adipe;  
assabat verum verubus transfixa ligneis,

carnes simul et terga honorifica, et nigrum sanguinem,  
inclusum in intestinis; reliqua vero ibidem jacebant in solo:  
pelles autem extendit aspera in petra,

sicut adhuc nunc secantur, quæquæ ad-diuturnitatem factæ sunt,  
diu jam postea et infinite. At deinde

Mercurius gaudens-animo traxit pingua opera  
lævi super loco-plano, et scidit duodecim partes  
sorte-distribuendas; perfectumque honorem addidit cuique.

Ibi jus (*esum*) carniū appetebat gloriosus Mercurius;  
odor enim illum torquebat, quamquam immortalem,  
suavis; sed neque sic eum jubebat animus generosus,  
et valde cupientem transmittere per sacrum collum.  
Sed hæc quidem deposuit in stabulum altum,

adipem et carnes multas: in-sublime vero statim sustulit,  
signum puerilis furti, insuperque ligna sicca colligens,  
densa-pedibus, densa-verticibus, ignis domuit æstu.

Ac postquam omnia rite perfecerat deus,  
sandalia<sup>[TR3]</sup> quidem projecit in Alpheum profundis-vorticibus,

carbones autem exstinxit, cineremque amoliebatur nigrum  
pernox: pulcra autem lux illucebat Lunæ.

Cyllenes vero statim rursus ad-divinos vertices  
matutinus; nec quisquam ei in-longo itinere occurrit  
nec deorum beatorum, nec mortalium hominum:

neque canes latrarunt. Jovis autem *filius* utilium-auctor Mercurius  
incurvatus domus per seram ingressus-est,

auræ autumnali similis, veluti nebula.

Rectaque-progressus ex-antro pervenit ad-opulentum templum,  
leviter pedibus incedens: non enim sonitum-edebat, sicut in solo.

Festinanter vero dein cunas adibat gloriosus Mercurius:

fascia circa humeros obvolutus, veluti puer

infans, in palmis juxta poplites velo ludens

jacebat, testudinem amabilem ad lævam manum cohibens.

Matrem vero non latebat deam deus, dixitque ea sermonem:

Quid tu, versute, *fecisti et* unde jam noctis in hora  
venis, impudentia indute? nunc te omnino puto  
vel cito insolubilia vincula circa latera habentem,  
Latoidæ sub manibus, per vestibulum exiturum:  
vel *eum* te prehensum mediis in vallibus spoliaturum.

I in-malam-rem, improbe! magnam te pater sevit sollicitudinem  
mortalibus hominibus et immortalibus diis.

Ei vero Mercurius verbis respondit astutis:  
mater mea, quid me hæc *loquens* territas, veluti puerum  
infantem, qui valde pauca in animo improba novit,

timidum, et *qui* matris reformidat increpationes?

At ego artem aggrediar, quæcunque *sit* optima,

consulens mihi et tibi penitus; neque deos

nos immortales indotati et impasti

hic ibidem manere sustinebimus, ut tu jubes.

Melius *est*, dies omnes cum immortalibus versari,

divitem, locupletem, spoliis-abundantem; quam domi

antro in obscuro considerare; sed honorem  
etiam-ego justum adipiscar, quem-scilicet Apollo.  
Si autem non dederit pater meus, nempe ego

tentabo: possum prædonum dux esse.

Si autem me exquisiverit Latonæ inclytæ filius,  
aliud quiddam ei et majus puto occursurum.

Ibo enim in Pythona, magnam domum perforaturus;  
inde affatim tripodas perpulcros atque lebetas

prædabor, et aurum, affatimque splendidum ferrum,  
et multam vestem: tu vero videbis, si volueris.

Sic hi quidem verbis inter se colloquebantur,  
filiusque ægidem-tenentis Jovis, et veneranda Maja.  
Aurora autem mane-genita, lucem mortalibus afferens,

oriebatur ab Oceano profunde-fluenti: atque Apollo  
in-Onchestum pervenit profectus, valde-amabilem lucum  
pulum late-sonantis Neptuni; ibi senem  
repentem invenit, struentem extra viam sepem horti.  
Eum prior allocutus-est Latonæ inclytæ filius:

O senex, Onchesti ruborum-decerptor herbosi,  
boves a Pieria quærens huc advenio,  
omnes femineas, omnes cornibus camuras,  
ex armento: sed taurus pascebatur solus ab aliis,  
niger: torvique canes pone sequebantur

quatuor, veluti homines, unanimes; hi quidem relictis-sunt,  
et canes et taurus (quod certe valde mirum est);

illæ autem abierunt, sole modo occidente,  
ex molli prato, a dulci pascuo.

Hæc mihi dic, senex olim-nate, sicubi vidisti

virum, hisce cum bobus facientem iter.

Hunc autem senex verbis respondens allocutus-est:  
o amice, difficile quidem, quæcunque oculis *quis* viderit,  
omnia dicere: multi enim iter faciunt viatores:  
quorum alii quidem mala multa cogitantes, alii vero valde bona,

itant: difficile autem cognoscere est unumquemque.

At ego per-totum diem ad solis occasum  
fodiebam circa fertile-solum horti vitiferi:  
puerum vero visus-sum, optime, at clare nescio, cernere,  
qui puer una boves pulcris-cornibus comitabatur,

infans; habebat autem virgam, flexuoseque incedebat.

[a-tergo vero cohibebat, caputque habebant adversum ipsi.]

Dixit senex; ille autem ocyus iter faciebat verbo audito;  
volucremque videbat patulis-alis; statimque agnovit  
prædonem natum Jovis filium Saturnii.

Rapide vero ruit rex, Jovis filius, Apollo

Pylum versus divinam, quærens pedes-trahentes boves,  
purpurea nebula coopertus latos humeros:

vestigiaque animadvertit Jaculator,dixitque sermonem:

Dii-boni! certe magnum miraculum hoc oculis video:  
vestigia quidem hæc sunt boum capita-alte-ferentium,  
sed retro conversa-sunt in herbosum pratum:

gressus autem nec viri hi sunt, nec mulieris,  
nec luporum canorum, neque ursorum, nec leonum:  
neque omnino tauri hirsuta-cervice ea credo esse,

qui tam monstrose gradiatur pedibus velocibus:  
gravia quidem hinc viæ, verum graviora illinc viæ.

Sic locutus impetum-cepit rex, Jovis filius, Apollo;  
Cyllenesque pervenit ad-montem indutum silva,  
petræ in latibulum umbrosum: ubi Nympha

immortalis peperit Jovis filium Saturnii;  
odor vero jucundus per montem divinum  
spargebatur, multæque pecudes pedes-tendentes pascebant herbam:  
ibi tunc festinans descendit per-lapideum limen.

[antrum in obscurum longe-jaculans ipse (*solus*) Apollo.]

Eum autem ut animadvertit Jovis et Majæ filius,  
iratum de bobus, longe jaculantem Apollinem,  
fascias intro subiit odoratas, veluti multam  
ramorum favillam mollis cinis circumtegit.  
Sic Mercurius Sagittantem conspicatus subtrahebat se ipsum:

in breve autem coegit caput, manusque, pedesque,  
jam scilicet recens-lotus, provocans dulcem somnum,  
ex-venatione: recentemque testudinem sub ala tenebat.

Agnovit autem, neque ignoravit Jovis et Latonæ filius  
Nymphamque montanam perpulcram, et carum filium,

puerum parvum, dolosis involutum versutiis.

Circumspiciens vero dein omnem recessum magnæ domus,

tria adyta aperuit, sumta clave splendida,  
nectare plena et ambrosia amabili:  
multum autem aurumque et argentum intus jacebat,

multaque punicea et alba vestimenta Nymphæ,  
qualia deorum beatorum sacræ ædes intus habent.  
Ibi postquam perscrutatus-erat recessus magnæ domus  
Latoides, verbis allocutus-est gloriosum Mercurium.

O puer, qui in cunis recubas, indica mihi boves

ocyus; quia facile nos discesserimus-invicem non decenter.  
Dejiciam enim te prehensum in Tartarum obscurum,  
in caliginem infaustam et ineluctabilem; nec te mater  
in lucem, nec pater redimet, sed sub terram  
abibis, paucos inter viros præsidens.

Ei autem Mercurius verbis respondebat astutis:

Latoide, quemnam hunc crudelem sermonem dixisti,  
et boves agrestes quærens huc venisti?  
non vidi, non rescivi, non alterius sermonem audivi:  
non indicarim, non indicii-præmium reportarim.

[nec boum abactori, forti homini, similis-sum.]

Non meum opus hoc; potius vero mihi alia curæ-sunt;  
somnus mihi curæ-est, et nostræ lac matris,  
fasciasque circa humero habere, et calida lavacra.  
Ne quis hoc audiat, unde hæc contentio orta-sit:

et sane magnum miraculum inter immortales fieret,  
puerum recens natum per vestibulum exiisse

boves inter agrestes: hoc autem incongrue dicis.

Heri natus-sum: molles vero *mihi* pedes, asperaue subest terra.

Si autem vis, patris caput, magnum jusjurandum, jurabo:

non ego neque ipse profiteor-me auctorem esse,

nec quenquam alium vidi boum furem vestrarum,

quæcunque illæ boves sunt: famam vero solam audio.

Sic igitur dixit; et crebro a palpebris micans,

superciliis nictabat, spectans huc et illuc,

longum exsibilans, vanum hunc sermonem audiens.

Eum autem molliter ridens allocutus-est sagittans Apollo:

O bone, deceptor, dolose, profecto te omnino puto

sæpe perforantem domos habitantibus-commodas,

nocturnum, non unum solum in limine hominem collocaturum,

convasantem per domum sine strepitu, quod-talia dicis;

multos autem agrestes dolore-afficies ovium-pastores,

montis in saltibus, quandocunque carniū appetens

occurreris armentis boum et gregibus ovium.

Sed age, ne ultimumque et postremum somnum dormiveris,

ex cunis descende, atræ noctis socie.

Hoc etenim et postea inter immortales munus habebis,

dux prædonum vocaberis per-dies omnes.

Sic igitur dixit, et puerum prehensum ferebat Phœbus Apollo.

Ac consilio-inito, tunc fortis Argicida

augurium emisit, sublatus inter manus,

audacem ventris famulum, improbum nuntium;



vehementerque in ipsum sternutavit. Hunc autem Apollo  
audiebat, e manibusque humi dejecit gloriosum Mercurium.  
Sedebat vero ante *eum*, etiamsi deproperans iter,

Mercurium conviciis-proscindens, et ipsum sermone allocutus-est:

Confide, fasciate, Jovis et Majæ fili;  
inveniam et postea boum fortia capita,  
his auguriis; tu vero rursus viæ dux-eris.

Sic dixit: at rursus exsiliit celeriter Cyllenius Mercurius,

difficulter incedens: ambas vero ad aures manibus pressit  
fasciam, circa humero *ea* obvolutus, dixitque sermonem:

Quonam me fers, Sagittans, deorum furiosissime omnium?  
nunquid me boum causa sic iratus conturbas?  
Dii boni, utinam periisset boum genus: non enim ego

vestras furatus-sum boves, neque alium vidi,  
quæcunque sunt boves; famum autem solam audio.  
Da vero iudicium, et accipe, apud Jovem Saturnium.

Ac postquam singula distincte disceptaverant  
Mercuriusque solivagus, et Latonæ præclarus filius,

diversum animum habentes: hic quidem, vera loquens,  
non injuste ob bovesprehendebat gloriosum Mercurium:  
at ille artibusque et blandis sermonibus  
volebat decipere Cyllenius Argenteo-arcu-celebrem.  
Verum postquam ingeniosus versutum invenit,

festinanter jam deinde *is* per arenam ibat  
ante; at pone Jovis et Latonæ filius.

Statim autem venerunt ad-vertices odorati Olympi,  
ad patrem Saturnium, Jovis perpulcri filii:  
ibi enim ambobus iudicii positæ-erant trutinæ.

Rumor vero occupabat Olympum nivosum; immortalesque  
sempiterni congregabantur ad juga Olympi.

Steterunt autem Mercuriusque et argenteo-arcu Apollo  
ante Jovis genua; hic vero interrogabat illustrem filium,  
Jupiter altitonans, et ipsum sermone allocutus-est:

Phœbe, unde hanc animo-gratam prædam agis,  
puerum recens natum, speciem præconis habentem?  
seria hæc res deorum ad cœtum venit.

Eum autem rursus allocutus-est rex sagittans Apollo:  
o pater, profecto cito sermonem audies non levem,

carpens, tanquam *si* solus ego prædator essem.

Puerum quendam inveni hunc manifestum depeculatorem  
Cyllenæ in montibus, multum spatium permensus,  
conviciatorem, qualem ego deorum non alium vidi,  
nec virorum, quotquot fallaces sunt super terra.

Furatus autem e prato meas boves, abibat agens  
vespertinus apud litus multum-sonori maris;  
recta Pylum agens; at vestigia *erant* talia monstrosa  
qualia admiraretur *aliquis*, et illustris dei opera.

Ab-illis etenim bobus in herbosum pratum

contrarios gressus habens pulvis ostendebat niger,  
ipse vero hic extra, inexpugnabilis, nec pedibus

nec manibus incedebat per arenosum locum:  
sed aliud quoddam consilium habens terebat vias  
tam monstrosas, ac-si quis tenuibus quercubus incederet.[TR4]

Quamdiu igitur agitabat per arenosum locum,  
facile admodum vestigia omnia conspicua-erant in pulvere:  
at postquam arenæ magnum callem pertransierat,  
invisibilis factus-est statim boum callis, atque etiam ipsius,  
locum per solidum. Ipsum vero animadvertit mortalis vir

ad Pylum recta agentem boum genus latis-frontibus.  
Ac postquam has quidem in quiete incluserat,  
et astute-machinatus-erat per-viam, partim hic, partim illic,  
in cunis jacebat, atræ nocti similis,  
antro in obscuro ad tenebras; neque ipsum

aquila acute cernens conspexisset: multum autem manibus  
lumina confricabat, dolum struens.

Ipse autem statim sermonem diserte dicebat:  
«non vidi, non comperi, non alius sermonem audivi:  
neque indicarim, neque indicii-præmium reportarim.»

Enimvero ita fatus considebat Phœbus Apollo:  
Mercurius autem ex-altera-parte respondens verbum dixit,  
direxitque-se ad Saturnium, deorum rectorem omnium:

Jupiter pater, profecto ego tibi veritatem dicam:  
nam veraxque sum, et nescio mentiri.

Venit ad nostram *domum* quærens pedes-trahentes boves  
hodie, sole modo oriente;

nec deorum beatorum adducebat testes, neque inspectores:  
indicare autem jubebat vim per multam:  
multumque me minatus-est se conjecturum in Tartarum latum,  
quoniam ille quidem tenerum florem habet gloriosæ pubertatis,  
at ego hesternus natus-sum (hæc vero novit et ipse),  
nequaquam boum abactori, forti viro, similis.  
Crede (etenim meus pater carus profiteris esse),  
quod non domum egi boves (ita felix sim),

nec limen transgressus-sum; hoc autem vere dico.  
Solem vero valde revereor, et deos alios,  
et te amo, et hunc veneror; nosti et ipse,  
quod non in-noxa sum: magnum vero addo jusjurandum:  
non, per hæc immortalium bene-ornata vestibula.

Et aliquando ego huic rependam duram perscrutationem,  
etiam fortis licet sit: tu autem junioribus auxiliare.

Sic dixit innuens-oculis Cyllenius Argicida;  
et fasciam habebat super ulna, neque abjiciebat.  
Jupiter autem valde risit, videns dolosum puerum,

bene et scite negantem de bobus.

Ambos vero jussit, concordem animum habentes,  
quærere; Mercuriumque internuntium ducem-esse,  
et ostendere locum cum innocentia animi,  
ubi demum absconderat boum fortia capita.

Innuit autem Saturnius, parebatque præclarus Mercurius;  
facile enim *ei* persuadebat Jovis mens ægidem-tenentis.

Hi vero ambo festinantes, Jovis præclari filii,  
ad Pylum arenosum in Alpei vadum venerunt;  
ad-agros autem pervenere, et stabulum altum,

*illuc* ubi ei possessiones condebantur noctis in hora.

Tunc Mercurius quidem inde profectus ad lapidem antrum,  
in lucem exegit boum fortia capita;

Latoides autem seorsum conspicatus, vidit boum-pelles  
petra in alta; citoque interrogabat gloriosum Mercurium:

Quomodo potuisti, dolose, duas boves jugulare,  
sic recens-natus quum-sis, et infans? ipse ego  
miror futuram tuam vim; neque omnino te oportet  
longe crescere, Cyllenie, Majæ fili.

Sic dixit; et manibus circumvertebat fortia vincula

viticis; hæ autem sub pedibus in terra statim hærebant  
indidem, cum-remora, frontibus-versæ ad-se-invicem,  
facileque et omnes in agrestes boves,  
Mercurii consiliis dolosi: at Apollo  
admiratus-est inspiciens. Tunc fortis Argicida

locum oblique inspexit, crebro oculis-micans,  
celare cupiens: Latonæ vero inclytæ filium  
facile admodum sedavit longe-jaculantem, ut volebat ipse,  
quamquam fortem: sumtaque *cithara* ad sinistram manum,  
plectro tentabat ad numerum; ea vero sub manu

graviter insonuit; risit autem Phœbus Apollo,  
gavisus; amabilis vero per præcordia venit sonus

divinæ vocis, et ipsum dulce desiderium cepit,  
animo auscultantem: lyra autem amabile ludens,  
stabat ille confisus ad lævam, Majæ filius,

Phœbi Apollinis, citoque argute citharam-pulsans  
canebat præludens (amabilis vero eum sequebatur vox),  
celebrans immortalesque deos, et terram obscuram,  
ut primum orti-sunt, et ut sortitus-est portionem quisque.  
Mnemosynen quidem primum dearum honorabat cantu,

matrem Musarum; hæc enim sortita-erat Majæ filium;  
aliosque secundum dignitatemque, et ut geniti-sunt singuli,  
immortales honorabat deos Jovis præclarus filius,  
omnia dicens ordine, ad-cubitum *acclinata* cithara-ludens.  
Ei vero amor in pectoribus indomitus cepit animum;

et illum compellans *Apollo* verbis alatis allocutus-est:

Bovicida, versute, laboriose, convivii sodalis,  
quingenta bobus digna hæc excogitasti.

Quiete etiam deinde *nos* diremtum-iri puto.

Nunc autem age mihi hoc dic, versute Majæ fili,

utrum te ab ortu hæc simul secuta-sunt mira opera  
an aliquis immortalium, aut mortalium hominum,  
donum *hoc* illustre dedit, et docuit divinum cantum?  
admirabilem enim hanc novam vocem audio,  
quam non unquam *me* puto didicisse, nec quenquam virorum,

nec quenquam immortalium, qui Olympias domos habent,  
præter te, prædo, Jovis et Majæ fili.

Quæ hæc est ars, quæ musa difficilium curarum?  
quæ via? vere enim simul hæc tria omnia adsunt,  
lætitiâ, et amorem, et dulcem somnum ut-capiat *quis*.

Etenim ego Musarum Olympiarum *sum* sectator,  
quibus chorique curæ-sunt, et præclarus modus cantionis,  
et modulatio florens, et amabilis sonitus tiliarum:  
sed nondum quicquam mihi sic in mente aliud curæ-fuit,  
qualia juvenum in-festis dextera opera sunt.

[Miror, Jovis fili, hæc, quam amabiliter citharam-pulsas.]  
Nunc vero, quia, parvus licet sis, inclyta consilia nosti,  
sedeas, o-bone, et orationem lauda seniorum:  
nunc enim tibi gloria erit inter deos immortales,  
tibi que ipsi et matri; hoc autem vere dico:

næ per hoc corneum telum, certe quidem ego te  
gloriosum inter immortales et beatum ducam,  
daboque præclara dona, et ad extremum non decipiam.

Ei autem Mercurius verbis respondebat astutis:  
interrogas me, Jaculator caute: at ego tibi

artem nostram ingredi nequaquam invideo.

Hodie scies: volo autem tibi mitis esse  
consilio et verbis: tu vero mente omnia bene nosti.

Primus enim, Jovis fili, inter immortales sedes,  
præstansque fortisque; amatque te providus Jupiter

ex omni æquitate; præbuitque tibi præclara dona,  
et honores: te vero aiunt didicisse ex Jovis consilio

vaticiniaque, Jaculator, a Jove, divina omnia.

Et nunc ipse ego filium opulentum cognovi.

Tibi autem promptum est discere, quodcunque cupis.

Sed quoniam tibi animus cupit citharam-pulsare,  
modulare et citharam-pulsa, et festivitates cura,  
ubi-acceperis a me; tu vero mihi, care, gloriam præbe.

Recte-cane, præ manibus habens canoram sociam,  
pulcre et bene pro decore scientem loqui:

securus quidem deinde *eam* fer ad convivium floridum,  
et chorum amabilem, et ad gloriosum ludum,  
lætitiâ noctisque et diei. Quicunque ipsam  
arte et sapientia edoctus exquirat,  
eloquens *ea* omnigena menti grata docet,

facile consuetudinibus gaudens mollibus,  
operationem fugiens ærumnosam; quicumque autem ipsam,  
insciens quum-sit, primum vehementer exquirat,  
incassum sic deinde ventoseque crepuerit.

Tibi autem promptum est discere, quodcunque cupis.

Et tibi ego dabo hanc, Jovis præclare puer.

Nos autem vicissim montisque et equis-pascendis-apti campi  
cum-bobus pascua, Jaculator, capiemus agrestibus.

Inde abunde parient boves, cum-tauris mixtæ,  
promiscue feminasque et mares: neque omnino te oportet,

lucri cupiens licet sis, nimis-vehementer irasci.

Sic locutus *eam* porrexit; accepit vero Phœbus Apollo;



Mercurio autem præbuit habendam scuticam splendidam,  
boumque-curas mandabat; suscepit vero Majæ filius,  
gavisus: citharam autem ubi-sumserat ad sinistram manum

Latonæ præclarus filius, rex sagittans Apollo,  
plectro tentabat ad numerum; ea vero pulcrum *et*  
amabile subsonuit, deusque cantum succinuit.

Ibi boves quidem deinde ad divinum pratum  
vertebant: ipsi autem Jovis perpulcri filii

reversi ad Olympum nivosum contenderunt,  
oblectantes-se cithara; gavisusque-est inde providus Jupiter;  
ambosque in amicitiam conciliavit; atque Mercurius  
Latoiden amavit penitus, sicut adhuc et nunc,  
pignus postquam citharam quidem Jaculatori præbuit

amabilem, sciens; is vero ad-cubitum *admota* cithara-ludebat.

Ipsæ autem rursus alterius sapientiæ expromsit artem:

fistularum vocem fecit, procul quæ-auditur.

Et tunc Latonius Mercurium sermone allocutus-est:

Metuo, Majæ fili, internuntie, versute,

ne mihi simul furto-auferas citharam et incurvos arcus.

Honorem enim a Jove habes, permutandi opera

ut-facias hominibus per terram almam.

Sed si mihi sustineres deorum magnum jusjurandum jurare,

vel capite annuens, vel per Stygis validam aquam,

omnia meo animo grata et amica faceres.

Et tunc Majæ filius pollicitus annuit,

nunquam se furaturum, quæcunque Jaculator possideat,  
neu unquam appropinquaturum firmæ *ejus* domui: at Apollo  
Latoides annuit in concordia et amicitia,

neminem *sibi* cariorem alium inter immortales fore,  
nec deum, nec virum, Jovis prolem: Insuper perfectum  
internuntium, *inquit*, immortalium faciam, et simul omnium,  
fidum meo animo et honoratum: ac deinde  
felicitatis et divitiarum *tibi* dabo perpulcram virgam,

auream, trium-foliorum, inviolatam, quæ te servabit,  
omnes perficiens deos [vias?] verborumque et operum,  
bonorum, quæcunque aio *me* scire ex Jovis consilio.  
Vaticinium autem, optime, Jovis-alumne, quod sciscitaris,  
nec te fatale est discere, nec quenquam alium

immortalium; hoc enim novit Jovis mens: at ego,  
cujus-fidei-commissum-est, annui, et juravi validum jusjurandum,  
neminem præter me deûm sempiternorum  
alium sciturum Jovis sapiens consilium.[TR5]

Et tu, frater, auream-virgam-gestans, ne me jube

fata indicare, quæcunque meditatur late-sonans Jupiter.

Hominum autem alium lædam, alium juvabo,  
sæpe orbe-rediens infinitorum ad-gentes hominum.

Et meo vaticinio fruetur quicumque venerit  
cum-voce et alis (*augurio*) perfectarum avium;

hic meo vaticinio fruetur, neque *eum* decipiam.

Quicumque autem vaniloquis fretus avibus

vaticinium voluerit præter mentem interrogare  
nostrum, intelligereque diis plus sempiternis,  
*is*, dico, vanam viam ibit, ego vero dona accipiam.

Aliud autem tibi dicam, Majæ inclytæ fili:

[et Jovis ægidem-tenentis, deorum perutile numen:]

Thriæ enim quædam sunt *Nymphæ*, sorores natae,  
virgines, velocibus exsultantes alis,

tres: super caput autem conspersæ farina alba,

domicilia habitant sub valle Parnassi,

vaticinii seorsum magistræ, quod apud boves

puer adhuc meditatus-sum; pater vero meus non curabat.

Illinc sane deinde volantes alias aliorum,

favos depascunt, atque perficiunt singula.

Hæ autem quando bacchantur, depastæ mel recens

lubenter volent veritatem dicere:

sin vero abstinerint deorum a-suavi cibo,

conantur jam deinde extra viam ducere.

Has tibi deinde do; tu vero accurate inquirens,

tuam ipsius mentem oblecta: et si mortalem virum docueris,

sæpe tuum vaticinium exaudiet, si acciderit.

Hæc habe, Majæ fili, et agrestes pedes-trahentes boves,

equosque cura, et mulos patientes-operum:

et torvis leonibus, et albo-dente suibus,

et canibus, et pecoribus, quæcunque nutrit lata terra,

omnibusque ovibus ut-imperet gloriosus Mercurius;

solus porro ad Orcum perfectus nuntius sit;  
qui, indotatus licet sit, dabit donum non minimum.

Sic Majæ filium rex dilexit Apollo

omnigena amicitia; gratiam autem superaddidit Saturnius.  
Cumque-omnibus is mortalibus et immortalibus versatur.  
Parum quidem utique juvat, infinite vero decipit,  
noctem per obscuram, gentes mortalium hominum.

Et tu quidem sic salve, Jovis et Majæ fili;

verum ego et tui et alius meminero cantionis.

[TR1] "Maja," → "Maja."

[TR2] "perfodiens" → "perfodiens."

[TR3] "scandalia" → "sandalia"

[TR4] "incederet" → "incederet."

[TR5] "consilium" → "consilium."

### III. IN VENEREM.

Musa, mihi dic opera aureæ Veneris,  
Cypriæ, quæ diis dulcem cupidinem immisit,  
atque domuit gentes mortalium hominum,  
avesque aerias, et feras omnes,

tum quot continens multas nutrit, tum quot pontus;  
omnibus vero opera curæ-sunt pulce-coronataë Cythereæ.

Tres autem *dearum* non potest flectere animos, nec decipere:  
filiam ægidem-tenentis Jovis, cæsiis-oculis Minervam;  
non enim ei placuere opera aureæ Veneris;

verum ei bellaque placuerunt et opus Martis,  
præliaque, pugnæque, et præclara opera instruere.<sup>[TR1]</sup>

Prima fabros viros terrestres docuit  
facere plaustra, et currus varios ære.

Ipsaque virgenes tenello-corpore in ædibus *manentes*

præclara opera docuit, in mente *ea* ponens unicuique.

Neque unquam Dianam aureis-sagittis, tumultuosam,  
domat in amore risus-amans Venus.

Etenim ei placuere arcus, et in-montibus feras interficere,  
citharæque, chorique, clarique ululatus,

lucique umbrosi, justorumque urbs virorum.

Neque venerandæ puellæ placuere opera Veneris,

Vestæ, quam primam genuit Saturnus versutus,

[atque etiam minimam, consilio Jovis ægidem-tenentis,]

venerandam, quam ambiebant Neptunus et Apollo;

ea autem prorsus noluit, verum rigide abnuit;  
juravitque magnum jusjurandum, quod vere perfectum-est,  
ubi-tetigerat caput patris Jovis ægidem-tenentis,  
virginem se fore per-omnes dies, diva dearum.  
Ei vero pater dedit pulcrum donum, pro nuptiis:

atque media in domo exinde residebat, adipe sumta;  
omnibus autem in templis deorum honoris-compos est,  
et apud omnes mortales deorum primaria est.

Harum non potest flectere animos, neque decipere;  
ceterorum autem nihil est quod-effugerit Venerem,

nec deorum beatorum, nec mortalium hominum:  
*quin* et Jovis mentem seduxit fulmine-gaudentis,  
qui maximusque est maximumque sortitus-est honorem:  
atque hujus, quando voluerit, prudentem mentem decipiens,  
facile miscuit cum-mortalibus mulieribus,

Junonis *eum* oblivisci-faciens, sororis conjugisque,  
quæ longe specie præstantissima *est* inter immortales deas,  
augustissimam vero ipsam genuit Saturnus versutus  
materque Rhea; Jupiter vero æterna consilia sciens  
venerandam uxorem fecit-sibi honesta doctam.

Huic autem et ipsi Jupiter dulcem cupidinem injecit animo,  
viro cum-mortali ut-misceretur, ut citissime  
ne ipsa quidem ab-humano concubitu libera esset,  
et *ne*-quando gloriata diceret inter omnes deos,

dulce ridens, risus-amans Venus,

quod *ipsa* deos miscuerit-cum mortalibus mulieribus,

ac mortales filios genuerint immortalibus,

quodque deas miscuerit-cum mortalibus hominibus.

Anchisæ vero proinde ei dulcem amorem iniecit animo,

qui tunc in summis montibus fontibus-irriguæ Idæ

pascebat boves, corpore immortalibus similis.

Hunc autem deinde conspicata risus-amans Venus  
amavit; vehementerque *ejus* mentem cupido occupavit.

In Cyprum vero profecta, odoratum templum ingrediebatur,

[in Paphum; ubi ei lucus est, et altareque odoratum:

ibi ea ingressa, fores occlusit splendidas:]

illic autem eam Gratiaë lavarunt et unxerunt oleo

immortali, qualia diis gratiam-addunt sempiternis.

[ambrosio, tenui, quod nempe ei suffitum erat.]

Induta vero bene omnes circa corpus vestes pulcras,

auro ornata, risus-amans Venus

contendit ad Trojam, derelicta odorata Cypro,

alte inter nubes velociter faciens iter.

Ad-Idamque venit fontibus-irriguam, matrem ferarum:

ivit vero recta ad-stabulum per montem: ac post ipsam

adulantes canique lupi, torvique leones,

ursæ, pardique veloces, cervorum insatiabiles,

iverunt; eaque inspiciens, in præcordiis oblectabat-sibi animum;

et his in pectora iniecit cupidinem; ii autem simul omnes

bini cubuerunt per umbrosos recessus.

Ipsa vero ad tuguria bene-structa pervenit:

invenit autem in-stabulis relictum, solum ab aliis,

Anchisen heroem, ad diis pulcritudinem-habentem.

Ceteri vero simul boves sequebantur pascua per herbosa,

omnes; is autem ad-stabula relictus, solus ab aliis,

versabatur huc et illuc, clare citharam-pulsans.

Stetit vero coram ipso Jovis filia Venus,

virgini indomitæ magnitudine et specie similis;

ne ipsam formidaret in oculis conspicatus.

Anchises autem videns perpendebat, mirabaturque

speciemque, magnitudinemque, et vestimenta splendida.

Peplum enim induerat-sibi splendidiorum ignis fulgore,

habebatque flexiles armillas, fistulasque lucidas;

torques porro circa molle collum perpulcræ erant,

pulcræ, aureæ, variegatæ: et tanquam luna,

pectora circa mollia splendebat, mirabile visu.

Anchisen vero amor cepit; verbumque *is* ei ex-adverso dixit:

Salve, regina, quæcunque beatorum has ad-ædes venisti,

Diana, vel Latona, vel aurea Venus,

vel Themis generosa, vel cæsiis-oculis Minerva,

vel forte aliqua Gratiarum, huc venisti, quæ diis

omnibus comites-sunt, et immortales vocantur:

vel aliqua Nympharum, quæ lucos pulcros incolunt:

[aut Nympharum, quæ pulcrum montem hunc habitant,]



et fontes fluviorum, et prata herbosa.

Tibi autem ego in specula, conspicuo in loco,  
aram struam, faciamque tibi sacra pulcra  
tempestatibus omnibus; tu vero benignum animum habens  
da me inter Trojanos illustrem esse virum;  
facque in-posterum *mihi* floridam prolem: at me ipsum

diu bene vivere, et videre lumen solis,  
beatum inter cives, et senectutis ad-limen pervenire.

Ei autem respondebat deinde Jovis filia Venus:  
Anchise, gloriosissime terrigenarum hominum,  
nulla profecto dea sum: cur me immortalibus assimilas?

sed mortalisque *sum*, mulierque me peperit mater.  
Otreus autem *mihi* est pater inclytus, si forte audivisti,  
qui omni Phrygiæ bene-munitæ imperat,  
linguam autem vestramque et nostram probe novi;  
Trojana enim domi me nutrix alebat; ea vero perpetuo

parvam *me* filiam educebat, cara a matre acceptam.

[Sic utique linguam etiam vestram bene novi.]

Nunc autem me abripuit auream-virgam-habens Argicida,  
ex choro Dianæ aurea-sagitta-insignis, tumultuosæ:  
multæ sane Nymphæ et virgines magna-dote-dignæ

ludebamus; circumque turba infinita coronæ-instar-cingebat:  
inde me rapuit auream-virgam-habens Argicida,  
multa vero duxit *me* super culta mortalium hominum,  
multamque terram-indivisam et incultam, quam feræ

cruda-vorantes peragrant per umbrosos recessus:

nec pedibus tangere videbar almam terram:

Anchisæ autem me dicebat ad cubilia vocari

ingenuam uxorem, tibi que præclaros filios esse-parituram.

Ac postquam ostendit et monuit, ille nempe rursus

immortalium ad gentes abiit, fortis Argicida:

at ego ad-te veni; dura vero mihi aderat necessitas.

Sed te per Jovem supplex-oro, ac parentes

bonos; neque enim mali talem genuissent:

indomitam me ubi-duxeris et inexpertam amoris,

patrique tuo ostende, et matri honesta doctæ,

tuisque fratribus, qui tibi ex-eodem *genere* nati-sunt,

[non ipsis indigna nurus ero, sed congrua:]

si tibi indigna mulier futura-sim, sive etiam non.

Mitte autem nuntium cito ad Phrygas agiles-equos-habentes,

dicturum patrique meo, et matri, sollicitæ licet:

hi vero tibi aurum abunde, vestitumque textilem

mittent; tu autem multa et præclara excipe dona.

Hæc vero ubi-feceris, epulis-celebra nuptias amabiles,

honorabiles hominibus et immortalibus diis.

Sic locuta dea, dulcem cupidinem *ei* iniecit animo;

Anchisen autem amor cepit, verbumque *is* dixit et elocutus-est:

Si quidem mortalisque es, mulierque te peperit mater,

Otreus vero est *tibi* pater inclytus, ut narras,

immortalisque gratia internuntii huc venisti,

Mercurii, mea vero uxor vocaberis per-dies omnes;

nemo deinceps deorum, nec mortalium hominum,  
hic me cohibebit, donec tuo in-amore congregiar  
statim nunc; neque si longe-jaculans ipse Apollo  
arcu ab argenteo emiserit *in me* tela luctuosa.

Velim postea, mulier similis deabus,

tuum cubile ubi-ascendero, introire in Orci domum.

Sic fatus,prehendit manum: risus-amans autem Venus  
reptabat aversa, oculis pulcris dejectis,  
ad lectum bene-stratum, ubi antea erat regi  
lænis mollibus stratus; at superne

ursorum pelles jacebant, raucisonorumque leonum,  
quos ipse occiderat in montibus altis.

Hi vero postquam lectos bene-structos inscenderant,  
ornatum quidem illi primum a corpore demisit splendidum,  
fibulasque, flexilesque armillas, fistulasque et torques;

solvitque ei cingulum, et vestimenta splendida  
exuit, et deposuit in solium argenteis-clavis-distinctum  
Anchises: ipse autem deinde, deûm sententia et fato,  
cum-immortali concubuit dea mortalis, non plane sciens.

Quando autem retro ad stabulum vertunt pastores

bovesque et pingues oves pascuis e floridis,  
tunc Anchisæ quidem dulcem somnum offudit  
suavem; ipsa vero corpore induebat-sibi vestimenta pulcra.  
Induta autem bene omnia circa corpus, diva dearum

stetit ad tugurium: ac bene-structam domum

attigit caput; pulcritudo vero genarum effulgebat  
immortalis, qualis est pulcre-coronatae Cythereae;  
e somnoque *eum* suscitabat, verbumque dixit et elocuta-est:

Surge, Dardanide; quare jam altum somnum carpis?  
et considera, si omnino similis ego videor esse *ei*

qualem tu me primum oculis advertisti.

Sic dixit: is vero e somno valde promte auscultavit.  
Ut autem vidit collumque et oculos pulcros Veneris:  
timuitque, et oculos declinando vertit alio;  
iterumque deinde læna cooperuit-sibi pulcros vultus,

et eam precans verbis alatis allocutus-est:

Statim te ut primum, dea, vidi oculis,  
novi, quod dea eras; tu autem non verum dixisti.  
Sed te per Jovem supplex-oro ægida-tenentem,  
ne me viventem inanem inter homines sinas

habitare, sed miserere: quoniam haud longævus vir  
fit, qui cum-deabus concumbit immortalibus.

Ei vero respondebat deinde Jovis filia Venus:  
Anchise, gloriosissime mortalium hominum,  
confide, neu quicquam tuo in animo timeas nimis.

Non enim tibi ullus esse *debet* timor, malum *te* passurum ex me  
quidem,

neque ex aliis beatis; quoniam carus es diis.

Tibi autem erit carus filius, qui inter Trojanos imperabit;  
et filii filiiis perpetuo enascentur.

Ei vero Æneas nomen erit, quoniam me gravis

habuit dolor, quandoquidem mortalis viri incidi in-lectum.

Diis-similes autem maxime mortalium hominum *erant*

semper *orti* a vestro genere formaque specieque.

Nempe flavum quidem Ganymedem providus Jupiter rapuit, ipsius ob pulcritudinem, ut immortalibus interesset,

atque Jovis in domo diis potum-ministraret,

mirabile visu, omnibus honoratus immortalibus,

aureo ex cratere hauriens nectar rubrum.

Troem vero luctus ingens tenebat mente, neque omnino norat qua sibi carum filium abripuisset divina procella:

verum hunc deinde lugebat penitus dies omnes.

Et ipsum Jupiter miseratus-est, deditque ei filii pretium, equos celeripedes, qui immortales ferunt.

Hos ei dono dedit habendos, dixitque singula

Jovis de-consiliis internuntius Argicida,

quod foret *Gan.* immortalis, et senii-expers per-dies omnes.

Ac postquam Jovis ille audierat nuntium,

non-amplius dein lugebat, gavisus-est autem animo intus;

lætusque equis pedibus-ventosis vehebatur.

Ita vero rursus Tithonum aureum-solium-habens rapuit Aurora,

vestri generis, assimilem immortalibus.

Profecta-est autem ire oratura atras-nubes-cogentem Saturnium,

ut-immortalisque esset, et viveret dies omnes;

ei Jupiter annuit, et perfecit votum:

stulta; neque cogitavit in mente veneranda Aurora

pubertatem petere, abradereque senectutem perniciosam.

Eum sane quamdiu quidem habebat valde-amabilis pubertas,

Aurora oblectans-se aureum-solium-habente, mane-genita,

habitabat apud Oceani fluenta, ad terminos terræ:

at postquam primi cani effundebantur capilli

pulcro ex capite generosoque mento,

ejus utique a-lecto abstinebat veneranda Aurora;

ipsum autem demum nutriebat, in ædibus tenens,

ciboque ambrosiaque, et vestimenta pulcra dans.

Sed quando demum prorsus odiosa senectus urgebat,

neque ullum movere membrorum poterat, neque attollere,

hoc ei in animo optimum videbatur consilium:

in thalamo *eum* deposuit, foresque occlusit splendidas;

ejus vero vox fluit perpetua, neque omnino vis

est, qualis antea erat in flexilibus membris.

Non ego te talem inter immortales optarim

immortalemque esse, et vivere dies omnes.

Sed si quidem talis manens specieque corporeque

vivas, nosterque maritus vocatus sis,

non deinde me dolor densis præcordiis cooperiat.

Nunc vero te quidem cito senectus communis cooperiet

immisericors, quæ deinceps astat hominibus,

perniciosa, laboriosa, quam utique odio-habent etiam dii.

At mihi magnum probrum inter immortales deos

erit per-dies omnes penitus, propter te,

qui antea mea colloquia, et consilia, quibus olim omnes  
immortales miscui cum-mortalibus mulieribus,  
formidabant; omnes enim mea domabat cogitatio:  
nunc vero non-amplius mihi os hiscet fateri  
hoc inter immortales; quoniam valde multum mulctata-sum

*damno* vehementi, non nominando, aberravique mente,  
filium vero sub zona mihi-posui, mortalis concubitu-usa.  
Illum quidem, ubi jam primum viderit lumen solis,  
Nymphæ ipsum nutrient montanæ, profundos-sinus-habentes,  
quæ hunc habitant montem magnumque divinumque,

quæ nec mortales, nec immortales comitantur:  
diu quidem vivunt, et immortalem cibum comedunt,  
atque inter immortales pulcrum chorum exercent.  
Cum-his autem Silenique et speculator Argicida,  
miscentur in amore, in-recessu speluncarum amabilium.

Cum-his vero simul aut abietes, aut quercus altis-verticibus,  
nascentibus ortæ-sunt super terra virorum-altrice,  
pulcræ, virentes, in montibus excelsis.  
Stant altæ; lucos autem ipsas vocant  
immortalium; eas vero nequaquam mortales tondent ferro.

Sed quando demum fatum astiterit mortis,  
arescunt quidem primum super terra arbores pulcræ,  
cortexque circumcirca-perit, deciduntque rami:  
harum autem simul anima relinquit lumen solis.

Hæ quidem meum nutrient apud se filium habentes.

Eum quidem ubi jam primum ceperit valde-amabilis pubertas,  
ducent tibi huc deæ, ostendentque filium.

Tibi autem ego, ut hæc in animo omnia persequar,  
in quintum annum rursus veniam, filium ducens.

Hunc quidem, ubi jam primum videris germen oculis,

gaudebis videns (valde enim deo-similis erit),

duces vero statim ipsum ad Ilium ventosum.

Si quis autem interrogarit te mortalium hominum,  
quænam tibi carum filium sub zona posuit mater,

huic tu dicito memor, ut te jubeo:

dic sane Nymphæ calyci-similibus-oculis progeniem esse,  
quæ hunc habitant montem, indutum silva.

Sin effaberis et gloriaberis insipienti animo,

in amore *te* mixtum-fuisse cum-pulcre-coronata Cytherea,

Jupiter te iratus feriet ardenti fulmine.

Dicta-sunt tibi omnia: tu vero mente tua quum-intellexeris,  
contine-te, neu indica; deorum autem verere iram.

Sic locuta, abripuit-se ad cœlum ventosum.

Salve, dea, Cypro bene-cultæ imperans;

a-te autem ego exorsus, transibo alium ad hymnum.



[TR1] "instuere" → "instruere" (according to an 1853-edition)

## IV. IN CEREREM.

Cererem crine-decoram, venerandam deam, ordior canere,  
ipsam, et filiam teretem-pedes, quam Pluto  
rapuit, dedit autem grave-sonans late-cernens Jupiter,  
seorsum a-Cerere aureo-solio-insidente, pulcrum-fructum præbente,

ludentem cum filiabus Oceani pepla-profundo-sinu-indutis,  
floresque legentem, rosas et crocum et violas pulcras,  
per molle partum, et gladiolos et hyacinthum,  
narcissumque, quem produxit fraudem roseæ puellæ  
Terra, Jovis voluntate, gratificans Orco,

mire lætum, quo-stupuerunt tunc omnes intuentes,  
tam dii immortales quam mortales homines:  
cujus adeo ex radice centum capita excreverant,  
et fragante odore omne cœlum latum superne  
terraque omnis ridebat et salsus æstus æquoris.

Illa vero admirata protendit manus simul ambas,  
pulcrum ludicrum ut-sumeret: sed hiavit terra vasta  
Nysiis in campis, qua prorupit rex Pluto  
equis immortalibus *invectus*, Saturni nobilis filius.  
Rapuit vero invitam *et* in aureo curru

abstulit ejulantem: clamavit autem intenta voce,  
invocans patrem Saturnium summum et potentissimum.  
Sed nec immortalium quisquam, nec mortalium hominum  
audivit vocem *ejus*, neque pulcris-manibus sociæ;

nisi quod Persæi filia mitis animum

audivit ex antro, Hecate vitta-tenui-nitida,  
et Sol rex, Hyperionis illustris filius,  
puellam invocantem patrem Saturnium: hic vero seorsum  
sedebat procul a-diis precibus-expetito in templo,  
accipiens sacra pulcra a mortalibus hominibus.

Sed illam coactam abstulit, Jovis consilio,  
patruus, multis-imperans Pluto,  
equis immortalibus, Saturni nobilis filius.  
Quamdiu igitur terramque et cœlum stellatum  
videbat dea, et mare æstuans piscosum,

radiosque Solis, et adhuc sperabat matrem venerandam  
se-esse-visuram, et genera deorum æternorum:  
tamdiu ei spes mulcebat magnum animum, quamvis lugenti.  
Resonabant autem montium cacumina et profunda maris  
voce immortalis: eamque percepit alma mater.

Acer vero ejus animum dolor invasit, et super comis  
ambrosiis vittam discidit manibus suis,  
cæruleumque velamen ambobus circumjecit humeris,  
seque-concitavit, instar volucris, per terram et mare  
quærens. Sed illi nemo vera dicere

voluit, neque deorum, neque mortalium hominum,  
neque volucrum quæquam illi vera nuntia venit.  
Novem deinceps dies per terram alma Ceres  
vagabatur, ardentem faciem in manibus tenens;

neque unquam ambrosia et nectare dulci

fruebatur mœrens, nec corpus suum immergebat lavacris.

Sed postquam decima ei advenerat lucida aurora,

occurrit ei Hecate, lumen in manibus gerens;

et vero hanc nuntians allocuta-est, et dixit:

Alma Ceres, tempestiva-adferens, splendida-donis,

quis deorum cœlestium aut mortalium hominum

rapuit Proserpinam, et tuum afflixit animum?

vocem enim audivi, sed non vidi oculis,

quinam esset; at tibi celeriter dico vera omnia.

Sic dixit Hecate; illi autem non respondit sermone

Rheæ crines-decoræ filia, sed subito cum illa

proripuit-se, ardentem facem in manibus tenens.

Solem vero adierunt, deorum speculatorem atque hominum,

steteruntque ante equos; et rogavit sancta dearum:

Sol, reverere me deam propter, si unquam tibi

vel verbo vel facto cor et animum hilaravi!

filiam, quam peperisti, dulce germen, forma egregiam:

cujus anxiam vocem audivi per aera vacuum,

tanquam violatæ, verum non vidi oculis:

sed (tu enim omnem terram et pelagus

æthere ex sacro despectas radiis)

vere mihi dicas: caram natam, sicubi vidisti,

quisnam absente me rapuerit invitam vi

aufugiens, vel deorum vel etiam mortalium hominum.[TR1]

Sic dixit; illi autem Hyperionis-filius respondit sermone:

Rheæ crines-decoræ filia, Ceres regina,  
audies; certe enim magnopere *te* veneror, et misereor  
lugentis natam proceram: sed nemo alius  
causam-habet immortalium, nisi nimbos-ciens Jupiter,  
qui eam dedit Orco florentem conjugem,

fratri-suo: ille autem sub tenebras caligantes  
raptam equis duxit magna-voce clamantem.

Verum, dea, comprime gravem luctum: minime te decet  
temere *et frustra* indomitam exercere iram; haud te indignus  
gener inter immortales multis-imperans Pluto,

frater-germanus et consanguineus; prætereaque honorem  
sorte-tulit, quum primum tripartita divisio fieret,  
*ut* cum iis habitet, quorum sortitus-est dominatum.

Sic locutus, equos increpuit: illi vero territi minis  
raptim egerunt celerem currum, extentis-alis ut volucres.

Illi autem dolor gravior et crudelior invasit mentem.

Irataque deinde atris-nubibus-cincto Saturnio,  
vitans deorum concilium et altum Olympum  
abiit ad hominum urbes et pingua culta,  
formam tegens per-longum tempus: neque ullus virorum

conspiciens *eam* agnovit, aut profunde-succinctarum mulierum,  
ante quam Celei prudentis advenit domum,  
qui tum Eleusinis odoræ rex erat.

Consedit autem prope viam, imo afflicta pectore,

Parthenium ad-puteum, unde hauriebant cives,  
sub umbra, quippe superne natus-erat frutex olivæ,  
anui grandævæ similis, quæ partu  
arcetur, donisque coronas-amantis Veneris:  
quales nutrices sunt jura-dantium regum  
filiorum, et promæ per ædes sonantes.

Illam autem viderunt Celei Eleusinidæ filiæ,  
venientes ad aquam haustu-facilem, ut ferrent  
situlis æneis caras ad ædes patris,  
quatuor, instar dearum, juventutis flore conspicuæ,  
Callidice, et Clisidice, Demoque venusta,

et Callithoe, quæ illarum natu-maxima erat omnium;  
neque cogoverunt: difficiles enim dii mortalibus aspectu *sunt*.  
Prope autem stantes dictis volantibus compellarunt:

Quæ, unde es, anus, grandævorum hominum?  
quid autem ab urbe secessisti, neque domibus

propinquas? ubi mulieres per ædes umbrosas  
simili-ætate, qua tu fere, et juniores esse-solent,  
quæ te exciperent-amicis et verbis et factis.

Sic dixerunt; at verbis respondit sancta dearum:  
filiæ dilectæ, quæcunque estis mulierum tenerarum,

salvete: ego vero vobis dicam; haud dedecet  
vobis rogantibus vera dicere.

Deo mihi nomen est: hoc enim imposuit alma mater.  
Nunc autem ex-Creta supra lata dorsa maris

veni haud cupiens; sed vi invitam cogentes

viri prædatores abduxerunt: hi postea  
navem celerem ad-Thoricum appulerunt, ubi mulieres  
in-continentem egressæ-sunt frequentes, atque etiam ipsi  
cœnam sibi-paraverunt juxta retinacula navis.  
Sed mihi non cœnæ dulcis cupidus-erat animus,

clam vero proripiens-me per continentem nigram  
effugi superbos dominos, ne forte, me  
nullo-emptam-pretio vendentes, mei fruantur pretio.  
Ita huc veni errans, neque scio,  
quæ tandem terra sit, et quinam incolant.

At vobis omnes Olympias domos tenentes  
dent juveniles maritos, et liberos parere,  
ut optant parentes: mei autem miseremini, puellæ,  
benevole, caræ filiæ, donec ad ædes venero  
viri atque mulieris, apud illos operatura

libenter, quæcumque mulieris vetulæ opera esse-solent.  
Et puerum recens-natum in ulnis habens  
bene nutricarem, et ædes custodirem,  
et lectum sternerem in-intimo penetralium firmorum  
herilem, et opera (*artes texendi*) docerem mulieres.

Dixit dea; ei autem continuo respondit virgo indomita,  
Callidice, Celei naturam formosissima:[TR2]

Nutrix, deorum munera, quamvis gravate, necessario  
toleramus homines; namque multo potentiores sunt.[TR3]

Hæc vero te plane edocebo, atque nominabo

viros, penes quos hic summum est imperium,  
et in-populo *qui* eminent, et mœnia urbis  
tuentur consiliis et justis judiciis:  
et Triptolemi sapientis, et Dioclis,  
et Polyxeni, et egregii Eumolpi,

et Dolichi, et patris strenui nostri,  
horum omnium uxores ædes curant.  
Quarum haud ulla te, vel primo aspectu,  
formam aspernata, a-domibus arceret,  
verum te excipient: nam sane deæ-similis es.

Sin mavis, mane, dum ad ædes patris  
eamus, et matri profunde-succinctæ Metaniræ  
dicamus hæc omnia ordine, si forte te jusserit  
nostram-domum venire, nec aliorum ædes quærere.  
In-senectute-genitus ei filius in conclavi solido

sero-natus nutritur, exoptatus et gratissimus.  
Si hunc enutries, et pubertatis metam contingeret,  
facile aliqua te videns mulierum tenerarum  
*tibi* invideret: tanta tibi nutricia daret.

Sic dixit; et hæc annuit capite: illæ vero splendentia

impleta aqua ferebant vasa exsultantes.

Celeriter autem patris venerunt magnam domum, statimque matri  
nuntiarunt, quæ viderant atque audiverant. At illa confestim  
ire-eas jussit-et arcessere ingente mercede.



Hæ vero, sicut aut cervæ aut vitulæ veris tempore

saliunt per pratum, saturatæ animum pastu,  
sic hæ, attollentes peplorum rugas decororum,  
properabant ad cavatam plaustris-viam; comæque circum  
humeros quassabantur, croceo flori similes.

Invenerunt autem prope viam præclaram deam, ubi antea

reliquerant; et deinceps caras ad ædes patris  
duxerunt. Hæc vero pone, imo afflicta pectore,  
ibat capite velato, et peplum  
cæruleum circum-teneros deæ strepitabat pedes.

Confestimque ad ædes pervenerunt Jovis-alumni Celei,

et perrexerunt per porticum eo, ubi illis veneranda mater  
sedebat juxta postem triclinii affabre structi,  
infantem sub sinu habens, recens germen: illæ autem ad eam  
currebant. At vero hæc limen conscendit pedibus, et ecce! trabem-tecti  
tetigit capite, implevitque fores splendore divino.

Sed illam pudorque et admiratio et pallidus horror cepit;  
cessitque ei sellâ, et sedere jussit.

At Ceres, tempestiva-præbens, splendida-donis,  
noluit sedere in sella magnifica,  
sed tacita constitit, oculos pulcros dejecta:

usque dum ei posuit Iambe honesta  
compactum sedile, superque albam injecit pellem.  
Ibi considens prætendit-sibi manibus velamen-comarum.  
Diu vero vocem-comprimens dolore sedit in sella,

neque ulli aut verbo se-adjunxit, aut facto,

sed sine-risu, non-gustans cibum neque potum,  
sedit, desiderio tabescens profunde-succinctæ filiæ:  
usque dum facetiis eam Iambe honesta  
multum cavillata, commovit dominam castam,  
*ut-rideret-leniter*, et hilarem haberet animum:

quæ quidem ei et postea placuit moribus.

Illi autem poculum Metanira porrexit dulci vino  
impletum; sed renuit: nam fas sibi esse negavit,  
bibere vinum rubens: jussit vero farinam et aquam  
dare mixtam ad-bibendum pulegio contrito.

Illa autem misturam confectam deæ porrexit, ut jusserat:  
qua accepta, sacro-honore primum-potita-est alma Ceres.  
Colloquium vero exorsa-est pulcre-cincta Metanira:

Salve, mulier! haud enim te ex vilibus opinor parentibus  
esse, sed nobilibus; quoniam tibi elucet in-oculis pudor

et gratia, qualis jura-dantium regum.

Sed deorum munera, quamvis gravate, necessario  
toleramus homines; nam jugum cervici incumbit.

Jam vero, quum venisti huc, *tibi* aderunt, quæcunque mihi, *bona*.

At filium mihi nutri hunc, quem sero-genitum et insperatum

præbuerunt immortales; exoptatissimus autem mihi est.

Si hunc enutries; et pubertatis metam contingeret,

facile aliqua te videns mulierum tenerarum

*tibi* invideret: tanta tibi nutricia darem.

Hanc vero rursus allocuta-est pulcre-coronata Ceres:

et tu, mulier, multum salve! dii autem tibi bona largiantur!  
filium vero tibi lubens suscipiam, sicut me jubes, et  
nutriam. Neque eum, spero, per-inscitiam nutricis  
aut incantatio lædet, aut hypotamnum [*herba magica?*].  
Novi enim remedium multo efficacius hylotomo (*herba*);

novi etiam ad-incantationem<sup>[TR4]</sup> nocentissimam bonum remedium.

Sic locuta, fragranti<sup>[TR5]</sup> *eum* excepit sinu,  
manibusque immortalibus; et lætata-est animo mater.  
Sic illa Celei prudentis illustrem filium,  
Demophoontem, quem peperit pulcre-cincta Metanira,

enutrivit in ædibus; at ille crevit deo similis,  
nec sane panem edens, nec sugens.

Ceres *eum*<sup>[TR6]</sup>  
ungebat ambrosia, quasi dei progeniem  
dulce afflans, et in sinu gestans:

noctu vero occultabat ignis vi, tanquam torrem,  
clam caris parentibus. Illis autem magno miraculo fuit,  
quanto vigore exortus-sit, diis aspectu similis.  
Atque eum factura-erat senii-expertem et immortalem,  
nisi per-stultitiam pulcre-cincta Metanira,

nocte observans, fragranti ex thalamo  
inspexisset: ejulavit autem, et ambo sibi-percussit femora,  
timens suo filio, et magno furore-turbata est mentem,  
et lamentans dictis volantibus *eum* allocuta-est:

Fili Demophoon, hospita te igne multo

occultat, mihi autem mœrorem et curas tristes efficit.

Sic dixit ingemens; eamque audiit sancta dearum.

Illi autem irata pulcre-coronata Ceres,  
filium carum, quem insperatum in ædibus pepererat,  
manibus immortalibus a se deposuit in-terram,

ereptum igni, animum incensa-iris sævissimis,  
et simul allocuta-est pulcre-cinctam Metaniram:

Inscii homines et dementes, neque boni  
sortem venturi præsagientes, neque mali!  
et tu enim ex-stultitia tua ingens damnum-cepisti.

Testis enim sit deos obstringens, implacabile Stygis flumen!  
immortalem tibi et senectæ-expertem per-omne ævum  
filium carum factura-eram, et sempiternum largitura honorem:  
jam vero non licet *ei* mortem et sævas-Parcas effugere;  
honor autem immortalis semper aderit, quod genibus

nostris exceptus-est, et in ulnis dormivit.

At vero in-progressu-temporum huic, circumvolutis annis,  
filii Eleusiniorum bellum et pugnam diram  
semper invicem concitabunt per-omne ævum.

Sum autem Ceres honorata, quæ maximum

immortalibus mortalibusque emolumentum et gaudium est.

Sed age, mihi templum magnum, et aram sub eo  
condant omnis populus, sub urbe altoque muro,  
super Callichorum, in prominente colle.

Orgia autem ipsa ego docebo, ut in-posterum,

rite sacrificantes, meam mentem placetis.

Sic locuta dea, staturamque et formam mutavit,  
senectute dejecta, et circumcirca venustas spirabat,  
odorque jucundus fragrantibus a peplis  
spargebatur, et procul lux a corpore immortalis

effulgebat deæ, flavique capilli fluebant-per humeros,  
et splendore implebatur solidum cubiculum, tanquam fulguris:  
exiit autem ex ædibus. At illius subito genua soluta-sunt;  
et per-longum voce-caruit tempus, neque filium  
recordata-est sero-genitum de pavimento tollere.

Hujus autem sorores vocem audierunt miserabilem,  
et a bene-stratis lectis desiluerunt: *quarum* hæc deinde  
infantem manibus sublatum suo excepit sinu;  
illa ignem accendit; illa autem properavit pedibus teneris,  
matrem excitatura fragranti e thalamo.

Congregatæ autem illum circùm lavarunt palpitantem,  
amantissime-complectentes: sed ejus non delinitus-est animus;  
deteriores enim jam eum habebant altrices ac nutrices.

Illæ quidem per-totam-noctem venerandam deam placabant,  
metu concussæ; at simul aurora illucescente

late-potenti Celeo vere narrabant,  
quæcunque jusserat dea, pulcre-coronata Ceres.

Ille vero ad concionem vocans immensum populum,  
jussit comas-decoræ Cereri opimum templum

condere et aram, in prominente colle.

Hi autem continuo paruerunt, et obedierunt dictis,  
et exstruxere *templum*, sicut jusserat: illud vero excrevit divino fato.

Sed postquam absolverant, et destiterant a-labore,  
iverunt suam quisque domum. At flava Ceres

ibi considens, cœlicolis seorsum<sup>[TR7]</sup> ab-omnibus,

permansit, desiderio tabescens alte-cinctæ filiæ.

Gravissimum vero annum supra tellurem feracem  
effecit hominibus et crudelissimum; neque ullum terra  
semen emisit; abscondebat enim coronis-læta Ceres.

Multaque curva aratra frustra boves traxerunt in arvis,

multumque hordeum albens irritum incidit terræ.

Et sane universum periisset genus voces-articulantium hominum  
fame gravi, munerumque celebrato honore

ac victimarum privasset Olympias domos tenentes:

nisi Jupiter sensisset, et in-suo deliberasset animo.

Irin vero primum aureis-alis delabi-jussit ad-vocandam

Cererem crine-decoram et egregia forma.

Dixit; at illa Jovis atris-nubibus-cincto Saturnio  
paruit; et intervallum percurrit velociter pedibus.

Adiit autem urbem Eleusinis odoræ,

invenitque in templo Cererem cæruleo-peplo-orнатam;

et eam vocans dictis volantibus allocuta-est:

Ceres, vocat te pater Jupiter haud-irrita decernens,  
ut-venias ad gentes deorum æternorum.

Quare ito, neu caducum sit, quod nuntio, verbum Jovis.

Sic dixit obsecrans; at hujus non inflectebatur animus.  
Rursus deinceps deos felices Jupiter sempiternos  
omnes ad-*eam*-legavit; et alius-alium subsequentes  
vocabant, et multa dabant insignia dona,  
honoresque, quoscunque vellet habere inter immortales deos:

verum haud-quisquam flectere potuit mentem et sententiam  
toto-animo irascentis; sed obstinate renuit verbis.  
Negavit enim, unquam odorum Olympum  
prius se-esse-conscensuram, *aut* prius terræ fructum emissuram,  
quam vidisset oculis suam formosam filiam.

Quæ postquam audierat grave-sonans late-cernens Jupiter,  
in Erebum misit aurea-virga-ornatum Argicidam,  
qui, Plutonem mollibus hortatus dictis,  
castam Proserpinam ex tenebris caligantibus  
in lucem reduceret ad divos; ut, eam mater  
oculis videns, poneret iram.  
Mercurius autem non renuit, sed continuo subter profunda terræ  
velox delapsus-est, relicta sede Olympi.  
Et invenit illum regem ædibus intus,  
sedentem in toro cum veneranda conjuge,

multa reluctantem ob-matris desiderium: sed illa ob intolerabilia *ausa*  
rebus deorum felicium *grave* intendebat consilium.

Prope vero accedens *eum* allocutus-est fortis Argicida:

Pluto, cærulee-crines, Manibus imperans,

Jupiter me pater jubet inclytam Proserpinam

reducere ex-Erebo ad ipsos; ut, eam mater  
oculis videns, iræ et ultionis sævæ  
in-immortales finem-faciat: nam grave molitur facinus,  
ut-perdat nationes imbecillas terrigenarum hominum,  
semen sub terra abscondens, minuensque honores

immortalium; horribilem vero exercet iram, neque diis  
se-immiscet, sed seorsum odoro in templo  
sedet, Eleusinis arduam-saxis urbem tenens.

Sic dixit; subrisit autem rex inferorum Pluto  
superciliis, neque neglexit Jovis regis mandatum.

Confestimque hortatus-est prudentem Proserpinam:

I, Proserpina, ad matrem cæruleo-peplo-ornatam,  
mitem in pectore animum atque ingenium gerens;  
neque mœreas graviter supra-modum præ-aliis.  
Haud tibi inter immortales indignus ero maritus,

frater-germanus patris Jovis: *sed* huc quum-veneris,  
domineris omnibus, quæcunque vivunt et moventur,  
honoribusque fruaris inter immortales maximis.  
Improbiorum vero pœna erit per-omne tempus,  
si qui non victimis tuum animum placant,

rite *sacra* facientes, justa munera persolventes.

Sic dixit; at lætata-est prudens Proserpina,  
subitoque exsiluit gaudio. Verum ille ei  
mali-punici granum dedit edendum dulce clanculum,



ad se tractæ, ne maneret dies omnes

illic apud venerandam Cererem cæruleo-peplo-ornatam.

Equos autem ante currui aureo

subjunxit immortales multis-imperans Pluto.

Illa vero currum conscendit; juxtaque fortis Argicida,

habenas et flagellum capiens manibus suis,

agitavit ex ædibus; illique haud segnes volabant.

Raptimque longa itinera emensi-sunt: neque mare,

neve unda fluminum, neve convalles herbosæ,

equorum immortalium, neve juga, tardaverunt impetum;

sed super illa profundam caliginem sciderunt euntes.

Sistebat vero *currum* agens, ubi morabatur pulcre-coronata Ceres,

templum ante odorum. Sed illa ut vidit,

prosiluit, sicut Baccha montis per umbrosam silvam.

Proserpina vero ex-altera-parte.....

matri suæ *obviam*.....

desiluit ut-curreret.....

illi autem.....

.....

Nata, nihilne m.....

cibi? Loque.....

sic enim rediens.....

et mecum una et *cum* patre atris-nubibus-cincto Saturnio

habites, omnibus honorata immortalibus.

Quodsi vero gustasti, denuo profecta sub profunda terræ

deges temporum tertiam *ibi, partem,*

duas vero apud me et ceteros immortales.

Sed quando floribus terra bene-olentibus vernis  
omnigenis viret, tunc ex tenebris caligantibus  
rursum ascendes, ingens miraculum diis mortalibusque hominibus.  
Et quonam te decepit dolo fortis Pluto?

Huic contra Proserpina formosa respondit:  
equidem tibi, mater, dicam vera omnia.  
Quum mihi venisset Mercurius, utilitatum-auctor, nuntius celer,  
a patre Saturnio et ceteris cœlitibus, *dicens*  
ut-venirem ex Erebo, quo me oculis videns

finem-faceres in-immortales iræ et ultionis sævæ,  
subito ego exsilui gaudio. Ille vero clanculum  
injecit mihi mali-punici granum, dulcem escam,  
invitamque vi me coegit gustare.

Quomodo autem me raptam, Saturnii arcanum per consultum

patris mei, abstulerit ferens sub profunda terræ,  
dicam, et omnia edisseram, ut rogas.

Nos fere omnes per amœnum pratum,  
Leucippe, Phænoque, et Electra, et Ianthe,  
et Melite, Iacheque, Rhodiaque, Calliroeque,

Melibosisque, Tycheque, et Oycroe rosea,  
Chryseisque, Ianiraque, Acasteque, Admeteque,  
et Rhodope, Plutoque, et venusta Calypso,  
et Styx, Uraniaque, Galaxauraque amanda,

[Pallasque pugnam-excitans, et Diana sagittis-gaudens,]

ludebamus, atque flores carpebamus manibus jucundos,  
mistim crocumque mollem, et gladiolos, atque hyacinthum,  
et roseos calyces, et lilia, mira visu,  
et narcissum, quem produxit, tanquam crocum, lata tellus.  
At ego carpebam-mihi gaudens: terra autem subter

hiavit; et inde prosiluit rex fortis Pluto,  
abstulitque *me* sub terram in curru aureo,  
multa detrectantem; clamavi autem intenta voce.  
Hæc tibi, quanquam tristis, vera omnia narro.

Sic tum totum diem concordia junctæ animos,

plurimum sibi-vicissim mentem et animum hilarabant,  
amantissime-se-complectentes; et a-doloribus requievit animus,  
gaudiaque acceperunt invicem et dederunt.

Has autem prope accessit Hecate tenui-vitta-nitida,  
multumque complexa-est puellam Cereris castam,

quod sibi ministra et comes fuerat regina.

His vero nuntiam misit grave-sonans late-cernens Jupiter  
Rheam crine-decoram, *quæ* Cererem cæruleo-peplo ornatam  
duceret ad gentes deorum; et pollicutus-est honores  
se-daturum, quoscunque optaret inter immortales deos;

annuitque ei puellam anni circumvolventis  
tertiam partem *fore* sub tenebris caligantibus,  
duas vero apud matrem et ceteros immortales.  
Sic dixit; nec recusavit dea Jovis mandata.

Sed repente delapsa Olympi jugis,

in Rarium venit, fertile uber agri

ante, sed tunc minime fertile; verum tacite

jacebat omni-folio-orbum, et abscondebat hordeum albicans,

consilio Cereris pedis-venustæ; sed postea

erat statim longis floriturum aristis,

vere crescente, soli autem pingues sulcos

horrere spicis, illaque in manipulos ligatum-iri.

Huc descendit primum ex æthere vasto;

et libenter se conspexerunt invicem, et lætatae-sunt animo.

Illam vero sic allocuta-est Rhea tenui-vitta-nitida:

Veni, nata! vocat te grave-sonans late-cernens Jupiter,

ut-venias ad gentes deorum; et pollicitus-est honores

se-daturum, quoscunque optares inter immortales deos;

annuitque tibi puellam anni circumvolventis

tertiam partem *fore* sub tenebris caligantibus,

(*duas vero apud te et ceteros*) immortales.

(*Ita promisit futurum*) esse, suoque annuit capite.

Quare eas, nata mea, et pareas, neque nimis

immodice irascaris nubibus-atris-cincto Saturnio;

sed statim fructum augeas vitalem hominibus.

Sic dixit; neque recusavit pulcre-coronata Ceres;

statimque fructum produxit arborum glebosorum.

Et omnis foliisque et floribus lata tellus

inhorruit: sed illa abiens jura-dantibus regibus

monstravit, Triptolemoque, et Diocli equum-domitori,

Eumolpoque forti, Celeoque duci populorum,  
ministerium sacrorum, et instituit orgia omnibus,  
[Triptolemoque, Polyxenoque, super hosque Diocli,]  
sancta, quæ haud fas-est negligere, neque explorare,  
neque evulgare; magna enim deorum reverentia reprimit vocem.

Felix, qui illa vidit terrestrium hominum!

qui autem non-initiatus sacris neque particeps est, nunquam simili  
sorte gaudet, mortuus quidem, sub caligine situ-horrída.

Sed postquam omnia præceperat sancta dearum,  
perrexerunt ire in-Olympum, deorum ad cœtum ceterorum.

Ibi autem habitant apud Jovem fulmine-lætum  
sanctæ atque venerandæ. Beatissimus, quem illæ  
benigne amant terrestrium hominum!  
nam statim huic mittunt semper-præsentem in magnas ædes  
Plutum, qui hominibus divitias mortalibus largitur.

At tu, quæ Eleusinis odoræ civitatem tenes,  
et Parum circumfluam, Antronemque saxosam,  
alma, splendida-donis, tempestiva-adferens, Ceres regina,  
ipsa, et filia, pulcherrima Proserpina,  
propitia pro cantu vitam jucundam præbe!

verum ego et tui et alius memor-ero cantici.

[J. H. VOSS.]

[TR1] "hominum," → "hominum."

[TR2] "formosissima;" → "formosissima:"

[TR3] "sunt" → "sunt."

[TR4] "ad-incantationem" → "ad-incantationem"

[TR5] "frangranti" → "fragranti"

[TR6] In the original text this line is aligned flush right, unclear why.

[TR7] "seorum" → "seorsum" (according to an 1853-edition)

## V. IN VENEREM.

Venerandam, aurea-corona-insignem, pulcram Venerem,  
canam; quæ totius Cypri arces sortita-est  
in-mari-sitæ, ubi ipsam Zephyri vis humidum spirantis  
tulit per undam valde-sonori maris,

spuma in molli. Eam autem aureis-vittis-insignes Horæ  
suscepere libenter, circùmque immortales vestes induerunt;  
capitique immortalis coronam fabrefactam imposuere  
pulcram, auream; in perforatis autem auriculis  
ornamentum orichalci, aurique pretiosi;

collum vero circa molle, et pectora candida,  
monilibus aureis *eam* ornabant: quibus quidem ipsæ  
Horæ ornatae-sunt aureis-vittis-insignes, quum eunt  
ad chorum amabilem deorum et ædes patris.

Verum postquam omnem circa corpus ornatum posuerant,

duxerunt ad immortales; hi vero *eam* salutabant conspicati,  
manibusque datis-excipiebant, et cupierunt quisque  
ut-esset *sibi* ingenua uxor, et *ipse eam* domum duceret,  
speciem admirantes violis-coronatae Cythereæ.

Salve, volubilibus-oculis, mellea; da vero in certamine  
victoriam huic (*mihi*) auferendam, meumque orna cantum:  
at ego et tui et alius meminero cantionis.

## VI. IN BACCHUM.

De Baccho, Semeles glorioso filio,  
memorabo, ut apparuit ad litus maris infructuosi,  
promontorio super projecto, juveni viro similis,  
primum-pubescenti; pulcræ autem circum-motabantur comæ,  
cyaneæ; palliumque circa robustos habebat humeros  
purpureum. Cito vero viri bonis-transtris-instructa ex navi  
prædones processere celeriter super nigrum pontum,  
Tyrrheni; eos autem duxit mala sors: ii vero *eum* conspicati,  
innuerunt sibi-invicem, citoque exsilire; statim autem prehensum

imposuerunt in sua navi, gavisī corde:

filium enim eum putabant Jovis-alumnorum regum  
esse, et vinculis volebant ligare gravibus.

Eum autem non tenebant vincula, vimina vero procul decidebant  
a-manibus et pedibus; ipse autem subridens sedebat

oculis cyaneis: gubernator vero ubi-animadvertit,  
statim suos socios compellavit, dixitque:

Miseri, quemnam hunc deum ligatis prehensum,  
fortem? neque ferre potest eum navis bene-fabricata.

Aut enim Jupiter hic est, aut argenteum-arcum gestans Apollo,

aut Neptunus: quoniam haud mortalibus hominibus  
similis est, sed iis, qui Olympias domos habent.

Sed agite, ipsum dimittamus in continentem nigram  
statim; neu manus *ei* injicite, ne-forte iratus



excitet gravesque ventos et turbinem multum.

Sic dixit; eum autem dux aspero objurgavit sermone:  
Mire, secundum-ventum vide, simulque velum trahe navis,  
cuncta armamenta ubi-ceperis: hic vero dein viris curæ-erit.  
Spero, aut in-Ægyptum perveniet, aut ille in-Cyprum,  
aut ad Hyperboreos, aut *etiam* ulterius: ad extremum autem  
enarrabit aliquando suosque amicos et possessiones omnes,  
suosque fratres: quandoquidem nobis *eum* obtulit deus.

Sic locutus, malumque et velum trahebat navis.  
Inflavit autem ventus medium velum, circùmque inde armamenta  
tenderunt: cito vero ipsis apparebant mirifica opera.

Vinum quidem primum velocem per navem nigram  
dulce-potu fluebat fragrans, excitabaturque odor  
divinus; nautas vero stupor cepit omnes conspicatos.  
Statim autem summum ad velum extensa-est  
vitis, huc atque illuc: dependebantque multi

racemi; circa malum vero nigra volvebatur hedera,  
floribus virescens, pulcerque fructus in *ea* exortus-erat:  
omnes autem scalmi coronas habebant. Ii vero conspicati,  
Mediden tum deinde gubernatorem jubebant  
terræ appropinquare. Is tamen inter-eos leo factus-est intus, navi

terribilis in summa, valdeque rugiebat: in media vero  
ursam fecit *Bacchus* hirsuta-cervice, signa ostendens:  
surrexit autem *ea* furibunda; leo vero *stetit* in tabulato summo  
horrendum torve tuens. Illi autem in puppim fugerunt,

circumque gubernatorem, prudentem animum habentem,  
steterunt inde percussi: is autem repente adortus  
ducem cepit: illi vero foras, malum fatum evitantes,  
omnes simul saliere, postquam viderunt, in mare divinum,  
delphinesque facti-sunt. Gubernatorem vero *is* miseratus,  
tenuit, et ipsum fecit plane-beatum; dixitque sermonem:

Confide, divine rector, meo grate animo:  
sum autem ego Bacchus multisonus, quem peperit mater  
Cadmea Semele, Jovis in amore congressa.

Salve, nate Semeles pulcros-oculos-habentis; neque ullo-modo licet,  
tui quidem obliviscenti, suavem ornare cantum.

## VII. IN MARTEM.

Mars præpotens, currum-gravans, aurea-galea-insignis,  
magnanime, clypeate, urbium-concussor, ære-armate,  
manu-fortis, indefesse, hasta-valens, munimen Olympi,  
Victoriæ in-bello-felicis pater, adjutor Justitiæ,

adversariis tyranne, justissimorum dux virorum,  
fortitudinis sceptrifer, ignitum circulum volvens  
ætheris inter septena-vadentia astra: ubi te equi  
flammei tertio super orbe semper ferunt:  
audi, mortalium auxiliator, dator audacis pubertatis,

leniter demittens lumen desuper in vitam  
nostram ac fortitudinem Martiam: utinam possem  
depellere malum amarum a meo capite,  
et animæ insidiosum retundere in-mente impetum,  
animique porro robur acutum cohibere, qui me instiget

ad-pugnam horridam ingrediendam. Sed tu audaciam  
da, beate, pacisque ut-maneam in inviolatis legibus,  
inimicorum elapsus tumultum, fataque violenta.

## **VIII. IN DIANAM.**

Dianam celebra, Musa, sororem Jaculatoris,  
virginem sagittis-gaudentem, educatam-simul-cum Apolline,  
quæ equos potum-agens ex-juncoso Melete,  
celeriter per Smyrnam totum-aureum currum agit

ad Clarum vitiferam; ubi argenteum-arcum-gestans Apollo  
sedet, manens jaculatricem Sagittis-gaudentem.

Et tu quidem sic salve, deæque simul omnes, cantu;  
at ego te primum *cano*, et a te incipio canere;  
a te vero ego exorsus transibo alium ad hymnum.[TR1]

[TR1] "hymmum" → "hymnum"

## **IX. IN VENEREM.**

In-Cypro-genitam Cytheream canam, quæ mortalibus  
blanda dona dat; in amabili autem vultu  
semper subridet, et amabilem affert florem.

Salve, dea, Salamini bene-cultæ imperans,

et toti Cypro; da vero amabilem cantum;  
atque ego et tui et alius meminero cantionis.

## **X. IN MINERVAM.**

Palladem Minervam, patronam-urbium, incipio canere,  
potentem; cui cum Marte curæ-sunt bellica opera,  
et quæ-diruuntur urbes, clamorque bellaque:  
et liberavit populum *in bellum* euntemque redeuntemque.  
Salve, dea; da vero nobis fortunam, felicitatemque.

## **XI. IN JUNONEM.**

Junonem cano aureo-solio-insidentem, quam peperit Rhea,  
immortalem reginam, supereminente specie præditam,  
Jovis altisoni sororem, conjugemque,  
illustrem, quam omnes beati per latum Olympum  
venerantes honorant, pariter-cum Jove gaudente-fulminibus.



## **XII. IN CEREREM.**

Cererem pulcris-comis, venerabilem deam, incipio canere,  
ipsam, et filiam, præpulcram Proserpinam.

Salve, dea, et hanc serva urbem; præsis autem cantui.

## **XIII. IN MATREM DEORUM.**

Matrem mihi omniumque deorum, omniumque hominum  
celebra, Musa arguta, Jovis filia magni:  
cui crotalorum tympanorumque sonus, simulque strepitus tiliarum  
placuit, ac luporum clangor, torvorumque leonum,

montesque sonori, et silvosi recessus.

Et tu quidem sic salve deæque simul omnes, cantu.

## **XIV. IN HERCULEM LEONIS-ANIMO.**

Herculem, Jovis filium, canam, quem longe præstantissimum  
peperit terrestrium, Thebis in amœnis,  
Alcmena, mixta cum-nubes-cogente Saturnio;  
qui antea quidem per terram immensam ac mare

errans, sub mandatis Eurysthei regis,  
multa quidem ipse fecit violenta, multa autem sustinuit:  
nunc vero tandem in pulcra sede nivosi Olympi  
habitat oblectans-se, et habet pulcram-talis Heben.

Salve, rex, Jovis fili; da vero virtutemque et felicitatem.

## **XV. IN ÆSCULAPIUM.**

Medicum morborum Æsculapium incipio canere,  
filium Apollinis, quem peperit divina Coronis  
Dotio in campo, filia Phlegyæ regis,  
gaudium magnum hominibus, malorum delinitorem dolorum.  
Et tu quidem sic salve, rex; precor autem te cantu.

## **XVI. IN DIOSCUROS.**

Castorem et Pollucem cane, Musa arguta,  
Tyndaridas, qui ex-Jove Olympio nati-sunt:  
quos sub Taygeti verticibus peperit veneranda Leda,  
clam subacta a-nubes-atras-cogente Saturnio.

Salvete, Tyndaridæ, velocium ascensores equorum.

## **XVII. IN MERCURIUM.**

Mercurium cano Cyllenium, Argicidam,  
Cyllenen regentem, et Arcadium pecorosam,  
nuntium immortalium perutilem, quem peperit Maja,  
Atlantis filia, Jovis in amore congressa,

veneranda; beatorum autem deorum vitavit cœtum,  
antrum habitans umbrosum; ubi Saturnius  
cum-Nympha pulcris-comis miscebatur nocte intempesta,  
quando dulcis somnus occupabat candidis-ulnis Junonem;  
latebat vero immortalesque deos, mortalesque homines.

Et tu quidem sic salve, Jovis et Majæ fili:  
a te autem ego exorsus transibo alium ad hymnum.

Salve, Mercuri gratiarum-dator, internuntie, dator bonorum.

## XVIII. IN PANA.

De Mercurii mihi caro filio dic, Musa,  
capripede, bicorni, amante-strepitus, qui per valles  
arborosas simul incedit choro-assuetis cum-Nymphis;  
quæ quidem excelsæ petræ calcant cacumina

Pana invocantes, pastorem deum, splendidum-cæsarie,  
squalidum, qui omnem collem nivolum sortitus-est,  
et vertices montium, et saxosas semitas;  
itatque huc atque illuc, per virgulta densa,  
interdum quidem fluentis pellectus mollibus;

interdum autem rursus petras inter præcipites ambulat,  
summum verticem ovibus-speculandis-aptum conscendens.  
Sæpe autem candidis-lapidibus-tectos percurrit montes longos;  
sæpeque inter clivos agitavit, feras cædens,  
acute cernens: aliquando autem verspertinus clanxit solus,

a-ventione revertens, ab arundiniabus musam modulans  
suavem: non hunc sane præcurrerit in cantibus  
avis, quæ veris floriferi in foliis  
lamentum effundens, emittit suavissimum cantum.  
Cum ipso vero tunc Nymphæ montanæ, canoræ,

ambulantes frequenter pedibus ad fontem nigris-aquis  
canunt; verticem autem circumsonat montis echo  
(deus vero huc et illuc chororum, modo in medium vadens,  
micans pedibus obit; tegumentum autem ad terga cruentum

lyncis habet, suavibus oblectans-sibi animum cantibus),

in molli prato; illic crocus et hyacinthus

odorus florens immiscetur indiscriminatim herbæ.

Celebrant autem deos beatos, et latum Olympum:

qualiter Mercurium perutilem, egregium præ-aliis

dicebant, ut ille omnibus diis velox nuntius est.

Et sane is in Arcadium fontibus-irriguam, matrem ovium,

pervenit, ubi ei lucus Cyllenii est:

illic is, etiamsi deus est, crispas-velleribus oves pascebat

virum apud mortalem. Floruit enim amor tener *eum* aggressus

cum-Nympha pulcris-comis Dryopis in-amore ut-misceretur:

ac perfecit concubitum juvenilem; peperit vero *ea* in ædibus

Mercurio carum filium, statim monstrosum visu,

capripedem, bicornem, multo-strepitu-gaudentem, dulce-ridentem;

fugit autem exsiliens, reliquitque puerum nutrix:

metuit enim, ut vidit faciem inamabilem, barbatam.

Hunc vero statim Mercurius perutilis in manus posuit

acceptum: gaudebatque animo supra-modum deus.

Celeriter autem ad immortalium sedes ivit, puero cooperto

pellibus in densis montani leporis;

apud Jovem vero consedit, et ceteros immortales,

ostenditque puerum suum; omnes autem inde animo oblectati-sunt

immortales; præcipue vero Bacchius Dionysus:

Pana vero ipsum vocabant, quod animum omnibus oblectavit.

Et tu quidem sic salve, rex; precor autem te cantu;



verum ego et tui et alius meminero cantionis.

## **XIX. IN VULCANUM.**

Vulcanum sollertissimum cane, Musa arguta,  
qui cum Minerva cæsiis-oculis præclara opera  
homines docuit in terra; qui antea quidem  
in-antris habitabant inter montes, tanquam feræ;

nunc vero per Vulcanum artificem-inclytum opera docti,  
facile ævum, integrum in annum,  
quieti transigunt in suis ædibus.

Sed propitius-esto, Vulcane; da autem virtutemque et felicitatem.

## **XX. IN APOLLINEM.**

Phœbe, te quidem et cygnus sub alis argute cantat,  
ripæ insiliens, amnem propter vorticosum,  
Peneum; te vero cantor, habens citharam argutam,  
suaviloquus primumque et postremum semper canit.

Et tu quidem sic salve, rex; placo autem te cantu.

## **XXI. IN NEPTUNUM.**

De Neptuno, deo magno, incipio canere,  
terræ motore et infructuosi maris,  
pontico, qui Heliconem et latas habet Ægas.  
Dupliciter tibi, Terræ-quassator, dii honorem divisere,  
equorumque domitor ut-sis, servatorque navium.

Salve, Neptune terram-cingens, cæruleis-crinibus,  
et beate, benignum cor habens, navigantibus auxiliare.

## **XXII. IN JOVEM.**

Jovem, deorum præstantissimum, canam, et maximum,  
late-sonantem, potentem, perfectum; qui cum-Themide,  
inclinate sedente, crebra colloquia facit.

Propitius-esto, late-sonans Saturnie, augustissime, maxime.

## **XXIII. IN VESTAM.**

Vesta, quæ regis, Apollinis jaculantis,  
Pytho in divina sacram domum tueris,  
semper a-tuis cincinnis distillat humidum oleum.  
Veni hanc in domum, propitium animum habens,  
cum-Jove provideo; gratiamque simul præbe cantui.

## **XXIV. IN MUSAS ET APOLLINEM.**

A-Musis incipiam, Apollineque, Joveque.

Ex Musis enim, et longe-jaculante Apolline,  
viri cantores sunt super terram et citharædi;  
ex Jove autem, reges: is vero felix, quemcunque Musæ

diligunt; suavis ei ab ore fluit vox.

Salvete, liberi Jovis, et meo honorem-date cantui;  
atque ego vestrumque et alius meminero cantionis.

## XXV. IN BACCHUM.

Hedera-coronatum Bacchum, altisonum, incipio canere,  
Jovis ac Semeles inclytæ præclarum filium;  
quem alebant pulcris-comis Nymphæ, a patre rege  
susceptum sinibus, et sedulo nutriebant,

Nysæ in vallibus: is autem crescebat patris voluntate  
antro in fragranti, in-numero-habitus immortalium.  
At postquam hunc deæ celebratissimum aluerant,  
tunc itabat per silvosos recessus,  
hedera et lauro coronatus; simulque sequebantur

Nymphæ; ipse vero dux-erat: strepitusque tenebat immensam silvam.

Et tu quidem sic salve, uvis-abundans o Bacche;  
da autem nos gaudentes ad horas rursus ut-veniamus,  
ex horis vero inde in multos annos.



## XXVI. IN EUNDEM.

\*\*\*

alii enim in-Dracano te, alii vero in Icaro ventosa  
dicunt, alii in Naxo, Jovis soboles, Insute *Jovis femori*,  
alii te ad Alpheum flumen vorticosum  
utero-conceptum Semelen peperisse Jovi fulmine-gaudenti,

alii vero in Thebis, rex, te dicunt natum-esse;  
mentientes. Te vero genuit pater hominumque deûmque,  
procul ab hominibus, latens candidis-ulnis Junonem.  
Est vero aliqua Nysa, summus mons, florens silva,  
longe a-Phœnice, prope Ægypti (*Nili*) fluenta,

atque ei statuent simulacra multa in templis.

Ut vero hæc tria *sunt*, sic tibi omnino tertio-quoque-anno usque  
homines facient eximias hecatombas.

Dixit, et cyaneis superciliis annuit Saturnius:  
divinæ autem comæ concutiebantur regis

de capite immortalis; magnumque tremefecit Olympum.

Sic fatus, annuit capite consiliorum-auctor Jupiter.

Sis-propitius, Iraphiota, mulieribus-furorem incutiens; ac te poetæ  
celebramus incipientes finientesque; neque ullo-modo licet,  
tui oblitum, suavis meminisse cantus.

Et tu quidem ita salve, Bacche Iraphiota,  
cum matre Semele, quam vocant Thyonen.

## XXVII. IN DIANAM.

Dianam cano aurea-sagitta-insignem, tumultuosam,  
virginem venerandam, cervos-ferientem, sagittis-gaudentem,  
germanam-sororem aureo-ense-insignis Apollinis:  
quæ per montes umbrosos, et cacumina ventosa,

venatione oblectans-se, totum-aureum arcum tendit,  
emittens luctuosa tela; tremunt autem vertices  
altorum montium; sonatque insuper umbrosa silva  
graviter a clangore ferarum; horret vero terra,  
pontusque piscosus; ea autem validum cor habens,

circumquaque se-vertit, ferarum perdens genus.

Ac postquam oblectata-est ferarum-speculatrix Sagittis-gaudens,  
exhilaravitque animum, laxato flexili arcu,  
vadit in magnam domum fratris cari,  
Phœbi Apollinis, Delphorum ad opulentum populum,

Musarum et Gratiarum pulcrum chorum instauratura.

Ibi postquam-suspendit flexilem arcum et sagittas,  
præcedit, venustum circa corpus ornatum habens,  
exordiens choros: illæ autem divinam vocem emittentes  
celebrant Latonam pulcram-talis, ut peperit liberos

immortalium consilioque et operibus longe optimos.

Salvete, liberi Jovis et Latonæ comis-pulcræ:  
verum ego vestrumque et alius meminero cantionis.

## XXVIII. IN MINERVAM.

Palladem Minervam, illustrem deam, incipio canere,  
cæsiis-oculis, multi-consilii, immite cor habentem,  
virginem venerandam, patronam-urbium, robustam,  
Tritoniam; quam ipse (*solus*) genuit providus Jupiter

augusto ex capite, bellica arma habentem,  
aurea, splendentia; veneratio autem tenebat omnes videntes  
immortales. Ea vero ante Jovem ægidem-tenentem  
impetuose exsiliit ab immortalis capite,  
vibrans acutam hastam; magnus autem concutiebatur Olympus

graviter sub impetu Cæsiæ: circum vero terra  
horrendum resonuit: commotusque-est inde pontus,  
undis purpureis conturbatus; constitit autem salum  
repente; stitit vero Hyperionis præclarus filius  
equos celeripedes longo tempore, donec puella

demsit-sibi ab immortalibus humeris divina arma,  
Pallas Minerva; gavisus-est autem providus Jupiter.

Et tu quidem sic salve, Jovis nata ægidem-tenentis;<sup>[TR1]</sup>  
verum ego et tui et alius meminero cantionis.

[TR1] "agidem-tenentis" → "ægidem-tenentis"

## XXIX. IN VESTAM ET MERCURIUM.

Vesta, quæ omnium in ædibus altis  
immortaliumque deorum, et humi vadentium hominum  
sedem sempiternam sortita-es, antiquum honorem,  
pulcrum habens munus et honorem: non enim sine te

convivia *sunt* mortalibus, ubi non primæ postremæque  
Vestæ incipiens libat *quisque* dulce vinum.

Et tu mihi, Argicida, Jovis et Majæ fili,  
nuntie beatorum, auream-virgam-gestans, dator bonorum:  
habitatis domos pulcras, cara mentibus invicem

propitius auxiliare, cum venerandaque caraque  
Vesta. Ambo enim terrestrium hominum  
scientes opera pulcra, menteque comites-estis et pubertate.

Salve, Saturni filia, tuque et auream-virgam-gestans Mercurius:  
verum ego vestrumque et alius meminero cantionis.

## XXX. IN TERRAM MATREM OMNIUM.

Terram omnium-matrem canam, bene-fundatam,  
antiquissimam, quæ alit super solo omnia, quæcumque sunt;  
et quæcumque solum divinum permeant, et quæcumque pontum,  
et quæcumque volant, hæc aluntur ex te *ortis* divitiis.

Ex te vero beati-filiis et-fructibus sunt *homines*,  
veneranda: penes te autem est dare vitam et auferre  
mortalibus hominibus. Ille vero *est felix*, quem tu animo  
lubens honoraveris: ei copiosa omnia adsunt.

Onustum-est quidem ipsis arvum alium, ac per agros

jumentis abundat; domus autem impletur bonis:

ipsi vero bonis-legibus per urbem pulcris-abundantem-mulieribus  
regnant, felicitasque multa et divitiæ sequuntur;

filiis vero lætitia recens-florente gloriantur,

virgunculæque choris festivis læto animo

ludentes, persultant flores molles herbæ, *eorum*

quos tu honoraveris, venerabilis dea, copiosa diva.

Salve, deorum mater, uxor Cœli stelliferi;

lubensque pro cantu victum animo-gratum præbe:

verum ego et tui et alius meminero cantionis.

## XXXI. IN SOLEM.

Solem celebrare rursus, Jovis nata, incipe, Musa,  
Calliope, lucentem, quem Euryphaessa magnis-oculis  
peperit Terræ filio et Cœli stellati.

Duxit enim Euryphaessam inclytam Hyperion,

germanam-sororem, quæ ei peperit pulcros liberos,  
Auroramque roseis-cubitis, et pulcris-comis Lunam,  
Solemque indefessum, assimilem immortalibus diis;  
qui lucet mortalibus, et immortalibus diis,  
equis invectus: horrendum vero is tuetur oculis

aurea e galea; clarique radii ab ipso  
splendidum nitent; ad temporaque genæ  
claræ a capite venustam tenent faciem  
longe-lucentem; pulcerque circa corpus fulget vestitus,  
textura-tenui, flatu ventorum: subtus autem masculi equi

ubi ille quum-stiterit aureo-jugo currum et equos,  
vespertinus mittat per cœlum in-Oceanum.

Salve, rex, lubens autem victum animo-gratum præbe:  
a te vero exorsus celebrabo articulate-loquentium genus virorum  
semideorum, quorum opera dii mortalibus ostenderunt.

## XXXII. IN LUNAM.

Lunam canere patulam-alis (*volantem*) aggredimini, Musæ,  
suaviloquæ filiæ Saturnii Jovis, peritæ cantus;  
ex qua splendor terram involvit a-cœlo-ostensus,  
capite ab immortalis; multusque decor suboritur

splendoris fulgentis; nitetque tenebrosus aer  
aurea a corona; radii autem in-aere-versantur,  
quando ab Oceano, quum-laverit corpus pulcrum,  
vestes induta longe-lucentes divina Luna,  
ubi-junxit equos ardua-cervice, fulgidos,

rapide ulterius agitavit pulcre-jubatos equos,  
vespertina, in-medio-mense, quando plenus-est magnus globus,  
splendidissimique radii tunc augescentis sunt  
cœlitus; signum autem mortalibus et indicium est.  
Cum-hac olim Saturnius mixtus-est amore et concubitu:

hæc vero gravida-facta, Pandiam peperit filiam,  
conspicuum formam habentem inter immortales deos.

Salve, regina, dea candidis-ulnis, divina Luna,  
benevola, pulcris-comis; a-te autem incipiens, laudes virorum  
canam semideorum, quorum celebrant opera cantores,

Musarum ministri, ab oribus amabilibus.

## XXXIII. IN DIOSCUROS.

De Dioscuris volubilibus-oculis-præditæ dicite Musæ,  
Tyndaridis, Ledæ pulcræ-talis præclaris filiis,  
Castoreque equûm-domitore, et irreprehenso Polluce;  
quos sub Taygeti vertice, montis magni,

mixta in amore cum-nubes-cogente Saturnio  
servatores peperit filios terrestrium hominum,  
velociumque navium, quando sæviant procellæ  
hiemales per pontum implacabilem; ii vero e navibus  
supplicantes vocant Jovis pueros magni,

agnis *mactatis* albis, fastigia ubi-conscenderint  
puppis; eam autem ventusque magnus et unda maris  
fecere submersam: hi vero repente apparuerunt  
fuscis alis per ætherem properantes,  
statim autem gravium ventorum cessare-fecerunt procellas,

fluctusque straverunt albi maris in pelago  
nautis, signa bona laboris *navigandi* ipsis; illi autem conspicati  
gavisi-sunt, cessaruntque ab-ærumnoso labore.

Salvete, Tyndaridæ, velocium vectores equorum:  
verum ego vestrûm et alius meminero cantionis.



## **I. AD NEOTICHENSES.**

Reveremini hospitalium-munerum indigum et tecti,  
qui urbem altam, Cymes pulcram puellam (*coloniam*),  
habitatis, Sædenes radicem extremam alte-comantis,  
divinam bibentes aquam sacri fluminis,  
Hermi vorticosi, quem immortalis genuit Jupiter.

## **II. CYMEN REVERSURUS.**

Mox pedes me referant ad verecundorum urbem virorum:  
horum etenim animus benignus *est* et prudentia eximia.

### **III. IN MIDAM.**

*Ænea virgo sum, Midæque in sepulcro posita-sum.  
Quoad et aqua fluet, et altæ arbores virescent,  
solque oriens lucebit, splendidaque luna,  
et fluvii labentur, æstuabitque mare:*

*hoc-ipso in-loco manens, lacrimoso in tumulo,  
narrabo prætereuntibus, Midas quod hic sepultus-est.*

## IV. AD CYMÆOS.

Cui me fato fecit pater Jupiter ut-inciderem,  
infantem venerandæ in genibus matris *me* nutriens!  
quam olim munierunt consilio Jovis ægidem-tenentis  
populi Phriconis, velocium vectores equorum,

fortes, devorantis ignis *simili* cernentes Marte,  
Æoliam Smyrnam, mari-vicinam, ponto-concussam,  
per quam pellucida labitur aqua sacri Meletis.

Inde profectæ filiaë Jovis, pulcræ puellæ  
volebant celebrare sacram terram et civitatem virorum:

at illi repudiabant divinam vocem, loquelam cantus,  
*præ* dementia. Horum quidem perpessus aliquis cogitet rursus,  
quod ipsis opprobrio meam molitus-est malam-sortem.

Fortunam autem ego, quam mihi deus destinavit nascenti,  
sustinebo, negata *mihi* ferens forti animo;

nec-vero omnino mea cara membra manere sacris in viis  
Cymes cupiunt, magnus tamen me animus impellit  
populum ad externum ire, debilis licet sim.

## **V. AD THESTORIDEN.**

Thestoride, mortalibus quum-multa-sint obscura,  
nihil tamen obscurius est *ipsa* mente mortalium.

## VI. NEPTUNO.

Audi, Neptune validissime, terræ-concussor,  
lato imperans ac divino Heliconi:  
da auram secundam, et felicem reditum videre  
nautis, qui navis deductores ac gubernatores sunt.

Da vero *etiam* ad radices præcipitis Mimantis  
me venientem, verecundis hominibus et justis incidere:  
virumque *eum* ulciscar, qui meam mentem decipiens  
læserit Jovem hospitem, hospitemque mensam.

## **VII. IN URBEM ERYTHRÆAM.**

Veneranda terra, munifica, largitrix suavium divitiarum,  
ut tu aliis quidem hominibus profunda (*fertilis*) contigisti,  
aliis autem sterilis et aspera, quibus *quidem* irasceris.

## VIII. AD NAUTAS.

Nautæ marivagi, invisæ similes Noxæ,  
timidis mergis male-æmulam vitam habentes,  
reveremini hospitalis Jovis numen, alte-dominantis:  
gravis enim est ultio hospitalis Jovis quisquis *eum* læserit.



## **IX. AD EOSDEM.**

Vos, o hospites, ventus corripuit adversus veniens:  
sed etiam nunc *me* recipite, et navigatio erit vobis.

## **X. IN PICEAM.**

Alia quædam te, picea, *arbor* meliorem fructum fundit  
Idæ in verticibus cum-multis vallibus, ventosæ.  
Ibi ferrum Martis terrestribus hominibus  
erit, quum primum eam Cebrenii viri tenebunt.

## **XI. AD GLAUCUM CAPRARIUM.**

Glauce, pecudum curator, dictum aliquod tibi in animo ponam:  
primum canibus *memento* victum ad aulæ januas  
dare: sic enim satius *est*. Nam is (*canis*) et primus audit  
hominem accedentem, et in septa bestiam intrantem.

## **XII. IN SACERDOTE IN SAMO.**

Audi me precantem, juvenes-alens *Apollo*, da autem mulierem  
hanc juvenum renuere amores et lectum:  
verum ea delectetur cum-canis senibus,  
quorum vigor fractus-est, animus tamen appetit.

## **XIII. IN DOMUM TRIBULIUM.**

Viri quidem decus *sunt* liberi, urbis autem turre,  
equi porro campi ornatus, et naves, maris:  
divitiæ vero exornant domum: sed augusti *sunt* reges,  
quum-sedent in foro, decus civibus spectatu;

lucente vero igne augustior *est* domus aspectu.  
[die hiberno, quando nives-fundit Saturnius.]

## XIV. CAMINUS SIVE TESTA.

Si mihi dabitur mercedem, canam, o figuli:  
huc-ades, age, Minerva, et tuere manu caminum:  
pulcre autem incalescant pocula,<sup>[TR1]</sup> et omnia canistra,  
torreanturque pulcre, et magno pretio potiantur,  
  
multa quidem in foro vendita, multa autem in-viis,  
multumque lucrentur *ipsi*: nobis vero *contingat*, ut iis cantemus.  
At si ad impudentiam versi mendacia concinnetis,  
tum vero convocabo fornaci vastatores,  
Syntriba pariter Smaragumque, et Asbetum, et Sabacten,

Omodamumque, qui huic arti mala plurima afferat.  
Vasta igni porticum et domos; unaque caminus  
totus conteratur, testis multum plorantibus.  
Ut malæ equinæ crepant, *sic* crepet caminus,  
omnis intra se testas comminuens.

Huc-ades et Solis filia, venenis-dives Circe,  
dira venena sparge, ac perde ipsosque et opera *eorum*.  
Huc et *tu*, Chiron, ducito multos Centauros,  
quique Herculis manus effugerunt, quique perierunt:  
male tundant hæc opera, concidatque caminus,

ipsi autem plorantes videant facta mala:  
*ego* vero lætabor conspiciens ipsorum infelicem artem.  
Qui autem se-inclinaverit *in fornacem inspecturus*, igne hujus tota  
facies

aduratur, ut omnes discant recta facere.

## XV. IRESIONE.

Domum adivimus viri opulenti,  
qui multum potest, multumque superbit dives usque.  
Ipsæ patecite, fores: divitæ enim intrabunt  
multæ, cumque divitiis etiam lætitia florens,

et pax bona: omnia autem vasa plena fiant,  
ac turgida semper in mactram irrepat maza.

[Nunc quidem hordeacam pulcram sesamussam....]

Filii autem uxor carpento vehetur vobis,  
mulique portabunt *eam* veloces ad hanc domum;

ipsa vero telam textat electro insistens.

Redibo tibi, redibo quotannis, ut hirundo.

Sto in vestibulo, nuda pedibus: verum affer cito.

.....

Quod si quid dederis, *bene est*; sin minus, non stabimus:  
non enim cohabitatum huc venimus.



## **XVI. PISCATORIBUS.**

HOMERUS.

Viri ex Arcadia piscatores, num habemus aliquid?

PISCATORES.

Quaecunque cepimus, relinquimus; quæ non cepimus, auferimus.

HOMERUS.

Talium enim parentum e sanguine prognati-estis,  
nec agris-divitum, nec pecorum greges pascentium.

# **IN HOMERI SEPULCRUM.**

Hic sacrum caput terra abscondit,  
virorum heroum cantorem, divinum Homerum.

## EX MARGITE.

Multa sciebat opera, sed male sciebat omnia.

Plato, *Alcib.* II, p. 147, B.

Hunc neque fossorem dii fecerant, neque aratorem;  
neque in-alia ulla-re institutum; sed omni carebat arte.

Clem. Al. *Strom.* I, p. 281.

Musarum famulus et longe-jaculantis Apollinis.

*Schol.* Aristoph. *Pac.* 914.

[TR1] "popula" → "pocula" (according to an 1853-edition)

**FINIS.**